




Mors p̄. mors tua, J: . . .
 panna inferi, Lo
 sep meditanda sūt tibi ista
 Eclē 1 Memorare nomina ei
 aternū nō desibis







R 546

IBP 2595

000257

Dum vadit p[ro]be adm[ini]strat[ur] vel aliq[ui]s p[ro]curator
Sic dicit ei f[er]at r[ati]o[n]em

Quo habes Grates age do[mi]no q[uo]d t[ibi] g[ra]tiam in hoc m[un]do
q[uo]d te subitanea morte de hoc n[on] cepit / q[uo]d p[ro]misi ad te
h[ab]ere infinitate m[on]es te ut ei reddas d[omi]no
f[er]re tunc Age causa sibi grates de
concordia qua te corrigi in hoc m[un]do
et q[uo]d te p[ro] morte q[ui]nq[ue] n[on] p[ro]misi
q[uo]d tui deo ad q[uo]d d[omi]n[u]m s[ed] t[ibi] dedit ip[s]e ut d[omi]n[u]s
petat p[ro]terit[ur] et sic p[ro]misi te capiat
m[un]do habe q[uo]d cor cont[ra] p[ro]terit[ur] p[ro]terit[ur] d[omi]n[u]m
v[er]um et r[ati]ficatis q[uo]d si que habes vel sic p[ro]ss
deo coronabit.

Prave ultra non petare si sanaberis et fac iustitiam
de reb[us] tuis ne sit discordia de ip[s]is

Si quis offendisti p[ro]terit[ur] ut d[omi]n[u]m dimitat Si habes ira
advers[us] aliquem dimitte istota corde Resistit
sua aliena et debita si que knees solus
Susape cor[am] d[omi]no ut te ducat p[ro]terit[ur] tibi ignota
eges m[un]do bono ducit q[uo]d nunq[ua]m p[ro]terit[ur] via adu[er]sasti
qua nunc iturus In v[er]ba t[ibi] p[ro]terit[ur] in angelum
et p[ro]terit[ur] b[e]n[e]d[i]ctio v[er]gine et solus d[omi]n[u]s et p[ro]terit[ur]
v[er]ba Quod t[ibi] aazany passam t[ibi] m[un]do
quod deluit cap[ut] de corona pedes et man[us] a clavis
t[ibi] corp[us] a flagellis et p[ro]terit[ur] si ornado cap[ut]
ip[s]e s[ed] si v[er]ba cor[am] d[omi]no et corde cogitudo

Nam ut n[on]ces de isto m[un]do et de reb[us] quas habes
q[uo]d si m[er]ueris ad meliora p[ro]venies et ad totu[m]
d[omi]n[u]m comit[ur] ad celestia T[er]re om[n]is architecto
fidei et knee ut m[un]do etia knee et d[omi]n[u]s recedo
cora eo q[uo]d q[ui]s an[im]a accit a t[ibi] s[ed]
Cognosce q[uo]d gravit[ur] offendisti creator[em] tuu[m]
et q[uo]d potuisti q[uo]d v[er]ba et mala vitae s[ed] n[on]
curasti Si que bona opa fecisti n[on] q[uo]d
t[ibi] ip[s]a s[ed] deo si que ip[s]a face n[on] potuisti

Non consulat p[ro] p[ro]terit[ur] bo[n]a opa q[ui]s d[omi]n[u]m
v[er]ba etia s[ed] p[ro]terit[ur] passam d[omi]n[u]m m[un]do
amcy



[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]



[A faint, rectangular stamp or mark located at the bottom center of the page. The text within the stamp is illegible.]

304 p. v. e. d. Andrae de R. domy
v. d. d. d. d. d.

~~...~~
2. ...

Diuisio huius opusculi.

Prefens opusculum diuiditur in tres partes principales. i. quaz prima agitur de sacramētis & de his que pertinent ad sacramentoz ad- ministracionem folio .j.
In scda agitur de penitentijs & de his que pertinent ad cōfessionis au- dientiam & penitentiārum imposi- tionem folio .xliij.
In tertia parte agit de articulis fi- dei & de his que pertinent ad populi informationem folio .lxxj.

Prima pars huius opusculi q̄ est de sacramētis & habz septē tractatus.

- P**rimus tractatus est de sacramē- tis in generali folio .j.
- S**cōs tractatus est de baptismo folio .liij.
- T**ertius tractatus est de cōfirma- tione .ix.
- Q**uartus tractatus est de eucha- ristia .xj.
- Q**uintus tractatus est de ordini- bus .xxix.
- S**extus est de sacro extreme vnctio- nis folio .xxxij.
- S**eptimus tractatus est de spōsa- libus & matrimonijs .xxxij.

Tabula prime partis.

Tractatus primus prime par- tis habet tria capitula.

- P**rimū capitulū est de institutio- ne sacramentoz .ij.
- S**cōs capitulū ē de efficacia & vir- tute sacramentoz eodem.
- T**ertū capitulū ē de numero & di- stinctione sacramentoz .iij.

Tractatus scōs prime partis ē

de baptismo & habz octo capitula


- P**rimū capitulū est quid est bap- tismus .iiij.
- S**cōm capitulū est de materia ba- ptismi .v.
- T**ertū capitulū est de forma bap- tismi eodē.
- Q**uartū capitulū est de ministro baptismi .vi.
- Q**uintū capitulū est de suscipien- tibus baptismū .vij.
- S**extum capitulum est de ritu ba- ptismi .viij.
- S**eptimū capitulū est de effectib⁹ baptismi eodem.
- O**ctauum capitulum est de anne- xis baptismi eodē.

Tractatus tertius prime partis de confirmatione & habet septem capitula.

- P**rimū capitulum quid est con- firmatio .ix.
- S**cōm capitulū est de materia cō- firmationis eodem.
- T**ertū capitulū est de forma con- firmationis eodē.
- Q**uartū capitulū est de ministro confirmationis .x.
- Q**uintū capitulū est de recipien- tibus confirmationem eodem.
- S**extū capitulū est de ritu ist⁹ sa- cramenti eodem.
- S**eptimū capitulū de effectu sa- cramenti confirmationis .xi.

Tractatus quartus prime partis de eucharistia & habet vndecim ca- pitula.

- P**rimū capitulū qd est euchar- istia .xi.
- S**cōm capitulum de ministro eu- charistie eodē.



Tertium capitulum de materia huius sacramenti eucharistie. fo. xiiij.

Quartum capitulum de forma eucharistie. fo. xiiij.

Quintum capitulum de loco ubi dicitur missa. fo. xvj.

Sextum capitulum de tempore quo debet dici missa. fo. xvij.

Septimum capitulum quotiens debet dici missa. xviii.

Octavum capitulum de vestibus quibus induit sacerdos in missa. xxix.

Nonum capitulum cui debet dari sacrificium misse. xx.

Decimum capitulum de ritu misse. fo. xliij.

Undecimum capitulum de vesetibus qui possunt accidere in missa. fo. xxviij.

Tractatus quintus prime partis est de sacramento ordinis et habet quinque capitula.

Primum capitulum est quid est ordo. fo. xxx.

Secundum capitulum quot sunt ordines. eodem.

Tertium capitulum an in quolibet ordine imprimatur character. xxx.

Quartum capitulum in quo actu imprimitur character cuiuslibet ordinis. fo. eodem.

Quintum capitulum que requiruntur in suscipiente ordines. xxxj.

Tractatus sextus prime partis de extrema unctione et habet septem capitula.

Primum capitulum de materia extreme unctionis. xxxij.

Secundum capitulum de forma extreme unctionis. eodem.

Tertium capitulum de ministro huius sacramenti extreme unctionis. eodem.

Quartum capitulum de effectu extreme unctionis. xxxij.

Quintum capitulum quibus debet dari extrema unctio. eodem.

Sextum capitulum in quibus partibus corporis debet homo ungi. eodem.

Septimum capitulum utrum extrema unctio debeat iterari. eodem.

Tractatus septimus prime partis est de sponsalibus et habet quinque capitula.

Primum capitulum quid sint sponsalia. eodem.

Secundum capitulum qualiter contrahebantur sponsalia. eodem.

Tertium capitulum qua etate debent contrahi sponsalia. xxxiiij.

Quartum capitulum quis sit effectus sponsalium. eodem.

Quintum capitulum in quibus casibus dissoluntur sponsalia. eodem.

Secunda pars septimi tractatus est de matrimonio et habet octo capitula.

Primum capitulum quid est matrimonium. xxxv.

Secundum capitulum qualiter contrahitur matrimonium. eodem.

Tertium capitulum quando et ubi et in quibus verbis fit institutum matrimonium. eodem.

Quartum capitulum que sunt causa institutionis matrimonij. eodem.

Quintum capitulum qui possunt contrahere matrimonium. eodem.

Sextum capitulum quot modis dicitur matrimonium. eodem.

Septimum capitulum quot sunt bona matrimonij. xxxvj.

Octavum capitulum de impedimentis matrimonij. eodem.

Et istud octavum capitulum conti-

net in se multa impedimenta.

- ¶ Primum de impedimento erroris eodem.
¶ De impedimento additionis eodem.
¶ De impedimento voti xxxvij.
¶ De impedimento cognationis carnalis eodem.
¶ De impedimento cognationis spiritalis xxxvij.
¶ De impedimento cognationis legalis eodem.
¶ De impedimento criminis eodem.
¶ De impedimento disparis cultus folio xxxix.
¶ De impedimento violentie eodem.
¶ De impedimento ordinis eodem.
¶ De impedimento ligationis alterius xl.
¶ De impedimento publice honestatis iustitie eodem.
¶ De affinitate eodem.
¶ De impotentia coeundi xli.
¶ De tempore feriarum eodem.
¶ De tempore interdicti eodem.

¶ Tabula sede partis.

¶ Quidam pars huius opusculi est de penitentia et de his que pertinent ad confessionis audientiam et penitentie impositionem.

- ¶ Et primo de penitentia solenni folio xliij.
¶ Secundo de penitentia publica folio xliij.
¶ Tertio de priuata penitentia folio eodem.

¶ Tractatus primus sede partis est de contritione et habet septem capitula.

- ¶ Primum capitulum quid est contritio in se xliiij.
¶ Secundum capitulum de quantitate con-

tritionis eodem.

- ¶ Tertium capitulum qualis debet esse contritio xlv.
¶ Quartum capitulum de duratione contritionis eodem.
¶ Quintum capitulum de quibus debet esse contritio xlvj.
¶ Sextum capitulum que sunt cause inductine contritionis xlvij.
¶ Septimum capitulum quis est effectus contritionis eodem.

¶ Tractatus secundus sede partis est de confessione et habet undecim capitula.

- ¶ Primum capitulum est de institutione confessionis xlvij.
¶ Secundum capitulum est quis tenet ad confessionem xlix.
¶ Tertium capitulum de tempore quo tenet homo confiteri l.
¶ Quartum capitulum cui est facienda confessio li.
¶ Quintum capitulum de quibus est facienda confessio liij.
¶ Sextum capitulum de conditionibus quas debet habere confessio lv.
¶ Septimum capitulum de iteratione confessionis lvij.
¶ Octavum capitulum quomodo debet se habere sacerdos ad confidentem folio lvij.
¶ Nonum capitulum de interrogationibus faciendis in confessione folio eodem.
¶ Decimum capitulum est de potestate clauum et effectu confessionis folio lxij.
¶ Undecimum capitulum de sigillo confessionis lxij.

¶ Tractatus tertius secunde partis de satisfactione et habet sex capitula.

CPrimum capitulum quid est satisfactio et in quibus consistit. lxxij.
CSecundum capitulum de elemosyna que est prima pars satisfactionis. eodē.
CDe quo potest fieri elemosyna. eodē.
CQuis potest facere elemosynam. lxx.
CCui debet dari elemosyna. lxxj.
CQuo debet fieri elemosyna. eodē.
CTertium capitulum de ieiunio. lxxij.
CQuartum capitulum de oratione. eo.
CQuintum capitulum que penitentia debet imponi pro quolibet peccato. lxxij.
CSextus capitulum verum unum possit satisfacere pro alio. lxx.

Tabula tertie partis.
Tertia pars huius operis est de articulis fidei et de his que pertinent ad populi informationem et habet quatuor capitula.
CPrimum capitulum est de articulis fidei. lxxj.
CSecundum capitulum de petitionibus dñice orationis. lxxij.
CTertium capitulum de decem preceptis legum. lxxvij.
CQuartum capitulum de votibus paradisi. lxxvj.
CFinis tabule.

Decem persone combinate
1. pater baptizatus et legitimus
2. mater legitimus et pater legitimus
3. mater legitimus et filius legitimus
4. mater legitimus et uxor pater legitimus
5. mater legitimus et uxor pater legitimus
6. mater legitimus et pater legitimus
7. mater legitimus et filius legitimus et legitimus
8. mater legitimus et pater legitimus et legitimus
9. mater legitimus et filius legitimus et legitimus
10. mater legitimus et pater legitimus et legitimus

Incipit Adanipulus curatorū cō-
positus a Suidone de mōte rochen
sacre theologie professore.



Reuertendo in xpo pa-
tri ac dño dño Ray-
mundo diuina pur-
dētia sancte sedis Cla-
rentine epo suoz de-
uotoz minin? Sui-
do de monte rochen
cū deuota & humili rēcomendatione
se totū suis obsequiis mancipatū cō-
mendat. fons sapientie dei uerbum
dispositiōe mirabili omnia ordinās
& disponens militantem ecclesiaz or-
diuauit & disposuit ad instar ecclesie
triumphantis. Quod figuratiue su-
it ostensum legislatori Adoyfi quan-
do preceptum sibi fuit edificare ta-
bernaculum in deserto iuxta exem-
plar quod sibi in mōte fuerat demō-
stratū. Tabernaculū siquidē in hui?
mundi deserto constructū sibi mili-
tans ecclesia ad instar illius qui sur-
sum est Hierusalem ordinata. Cur?
quidē militantis ecclesie fundamen-
tum in montibus sanctis propheta
reminorans: p̄ montes superiores
prelatos apostol' succedentes insinu-
at: qui ad modū spiritūū sup̄me Je-
rarchie medios inferiores uidelicet
& prelatos illuminant perficiūt atq;
purgant et sic medijs superioribus
illuminati sanctis perfectis virtuti-
bus: ac erroribus expurgati inferio-
res seculares scilicet & laicos simili-
modo illuminant perficiant & expur-
gant: quod facere nequeunt nisi fue-
rint diuini doctrinis imbuti. Hec
ergo attenda & vigili meditatione p̄-
pensans sequens opusculum de in-
structione neophitoy: curatoz com-
posit: rudi quidē stilo sed utili nō cu-
rans de uerboz ornatu sed de aiari

cōmodo & p̄fectu. Quidē opuseu-
lū ad uos qui estis sacrosancte eccle-
sie luminare preclarū: qui lucetis ve-
lut lucerna lucens in firmamento ec-
clesie militantis qui radio diuine sa-
pientie exemploz uite sanctissime
ac saculo correctionis charitatiue
subditos uestros illuminatis & pur-
gatis duxi humiliter uelut inuadū ut
lima correctionis uestre pollitū pro-
deat in publicū quod sine illa p̄dere
nō audeat. Suscipiat̄ uos igit̄ pater
cum affectu benignolo presens opu-
sculum quod offert humilitas: comi-
tatur affectio ac charitas persuadet
correctumq; & emēdatū si uestre do-
minationi uidet̄ cōdicare curatis neo-
phitis: ut qui nesciunt addiscāt. & q;
sciunt scire se gaudeant ut ad maio-
ra perueniant: uestramq; reuerēdaz
personam conseruet dñs ad exaltati-
onē ecclesie sancte sue cui me humili-
ter p̄tinendo. Scriptū Turoli Anno
dñi M. ccc. xxxij.

Incipit plogus.

Quoniam scdm qd dicit propheta
Adalachias: immo dñs p̄ Ada-
lachiam. Labia sacerdotis custodi-
unt scientiam: & legem requirent de
ore eius: angelus enim domini exer-
citurum est. Adalachie. ij. ca. Idcir-
co ne sacerdotibus legis euangelice
contingat illud quod dominus cui-
dam sacerdoti legis Adosayce per-
Osee prophetaz cominatur dicea
Quia tu scientiā repulisti & ego repel-
lā te ne sacerdotio fungaris in istis: di-
gnū duxi aliq̄ ad instructionē neophi-
toz sacerdotū: maxime curatoz scri-
bere p̄ que possint se in executione
sui officij dirigere & deo debite in-
ministrare. Nemo autē de p̄sumptiōis
temeritate me iudicet: ego petōr ig-
norās p̄sumā sacerdotes sacros qui

sacre legis professores sunt instrue-
re: sed confidens enim de illius adiu-
tono qui ora mutorum aperit et lin-
guas infantium facit disertas simi-
lis paruo caniculo q latratu suo ma-
gnos leporarios incitat ad curren-
dum: tentabo aliqua breuiter scribe-
re: vt donem magis prouectis et peri-
tioribus materiam altiora et subtilio-
ra et magis vtilia conscribendi. Con-
fido enim q ille qui dedit asine Ba-
laam loquelam mihi sue rationabili
creature dignabitur infundere scien-
tiam. Nec erubescat venerabiles sa-
cerdotes a me eorum seruitore mini-
mo in aliquibus edoceri: sed confide-
rent illud verbum doctoris erumij Au-
gustini quod ponit in decretis. Ego
iam sener et lx. annorum etatis non cru-
bescerem a puero anniculo edoceri.
Licet enim vt dicit Seneca: verecun-
dosum sit senes addiscere: tamen ma-
gis verecundosum est eos ignorare.
Quaobrem quicumq; vult sui officii
cum bene exequi debet scire ea que
ad officium suum spectant. Officiuz
autem sacerdotum maxime curato-
rum consistit in quatuor scdm qua-
tuor etimologias istius nominis sa-
cerdos que habentur a Damasceno
quia sacerdotes sunt missar; celebra-
tes: ideo dicitur sacerdos quasi sacra-
dos. Sacramentorum ministratores
ideo dicitur sacerdos quasi sacra dans
Confessionum auditores ideo dicitur
sacerdos quasi sacer dur. Plebis du-
ctores ideo dicitur sacerdos quasi sa-
era docens. Ergo propter primum de-
bet habere tantum de scientia q sciatur
recte et distincte legere et congrue pro-
nunciare et accentuare et ad minus
grammaticaliter intelligere ea que in
missis officio continentur. Propter
secundum debent habere tantum de
scientia q sciatur numerum sacramen-

torum et que sit debita forma et debi-
ta materia cuiuslibz sacramenti et mo-
dum ea debite ministrandi: potissimum
de sacramentis que ad eos spe-
ctant. Propter tertium debent ha-
bere tantum de scientia q sciatur dis-
cernere inter lepras et lepram. i. inter
peccatum et peccatum et penitencias
imponere salutare. Propter quartum
debent habere tantum de scien-
tia q sciatur ad minus populus in ar-
ticulis fidei et in alijs rudimentis fi-
dei informare. Comisso autem pri-
mo: quia illud spectat ad grammatice
et q a satis suppono q sancti episco-
pi nullum ad sacerdotij ordinem pro-
moueat nisi sufficienter in gramma-
ticalibus sit informatus. et quia etiam
de hoc agatur quando dicitur de sa-
cramento eucharistie de tribus alijs
in hoc libello est agendum: quem libel-
lum volui manipulus curatorum voca-
ri: ex eo q sacerdotes potissime cura-
ti debent istum libellum portare in
manibus vt videant ea que circa of-
ficium suum sunt agenda.

Divisio huius libri.
Dividitur autem presens opuscu-
lum in tres partes: in quarum prima
agitur de sacramentis et de his que
pertinent ad sacramentorum admini-
strationem. In secunda de penitentijs
de his que pertinent ad confessio-
num audientiam et penitentiary im-
positionem. In tertia de fidei articu-
lis et de his que pertinent ad populi
informationem.
Quantum ad primam partem pri-
mo videbantur aliqua de sacramen-
tis in generali.
Secundo de baptismo.
Tertio de confirmatione.
Quarto de sacro eucharistie.
Quinto de sacramento penitentie.
Sexto de sacramento ordinis.

*Summum
vatorum*

¶ Septimo de sacramento extreme unctionis.

¶ Octavo de sacro matrimonij.

¶ Quantum ad sacra in generali primo videndum est de eorum institutione. Secundo de eorum efficacia et virtute. Tertio de eorum numero et distinctione.

¶ De institutione sacrorum Cap. 1. primi tractatus prime partis.

Sciendum est ergo quod omnia sacramenta noue legis fuerunt immediate instituta a christo. quod probant doctores sic. Illius est sacra alicuius legis instituire cuius est legem dare et condere. sed christus fuit immediate conditor et institutor noue legis. ut diffuse probat apostolus ad Gal. et habetur ab Isaia dicente. Dominus rex noster: omnis legisfer noster ipse ueniet et saluabit nos. Ergo ad solam christum pertinet instituire noue legis sacramenta.

¶ Sacramentum baptismi instituit christus quando baptisimus a Iohanne in Jordane suscepit: tunc enim ut dicit beata da tactu sue mundissime carnis uim regeneratiua contulit aquis. Licet autem tunc sacrum baptismi instituerit tamen nullus ad susceptionem baptismi fuit obligatus usque post resurrectionem. quando in die ascensionis dixit apostolis et alijs discipulis. Euntes in mundum uniuersum predicare euangelium omni creature. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. qui uero non crediderit condemnabitur. Mat. 28. c.

¶ Sacramentum autem confirmationis instituit quando imposuit manus super capita paruulorum et apostolis prohibentibus dixit. Euntes in mundum uniuersum predicare euangelium omni creature. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. qui uero non crediderit condemnabitur. Mat. 28. c.

ter spiritum sanctum super apostolos. primum tamen reputo uerius.

¶ Sacramentum eucharistie instituit in die cene quando post comestionem agni paschalis panem et uinum in suum corpus et sanguinem suum sua ineffabili potestate conuertit dicens apostolis. Accipite et manducate hoc est enim corpus meum. Et sumpto calice dixit. Bibite ex hoc omnes. hic est enim calix sanguinis mei.

¶ Sacramentum autem penitentie instituit quando exordium sue saluberrime predicationis assumpsit sic dicens. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Quia autem peccata essent confitenda sacerdotibus figuratiue instituit quando decem leprosis ab ipso mundatis precepit dicens. Ite ostendite uos sacerdotibus. Licet enim teste propheta Ezechiele qui dicit in persona dei Errauit homo sed in quacumque hora ingenuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor. Et licet peccata in contritione dimittantur tamen sunt nihilominus sacerdotibus confitenda si possibilitas occurrat.

¶ Sacramentum ordinis instituit quando in die cene postquam communicauit apostolos dixit eis. Hoc facite in meam commemorationem. tunc enim secundum doctores omnes apostolos in presbyteros ordinauit.

¶ Sacramentum extreme unctionis instituit quando apostolos misit uigere et sanare infirmos. Et licet aliqui doctores dicant quod beatus Iacobus instituit hoc sacramentum quando in canonica sua dixit. Infirmatus quis in uobis inducat presbyteros ecclesie et orient super eum ungentes eum oleo sancto. Sed salua eorum

non est eorum
multis effunde
tur in remissa
non peccatorum

reuerentia non reputo verum ppter
rationem superius in principio hu-
ius capituli positaz. credo tamen qd
illud dicti beati Jacobi fuit promul-
gatio huius sacramenti ⁊ nō institu-
tio. Unde beatus Jacobus non fuit
institutoꝝ huius sacramenti sed pro-
mulgatoꝝ.

¶ De sacramento autem matrimo-
nij quando fuit institutum: ⁊ an fuit
institutum a xpo incarnato est du-
bium: cum matrimonium fuerit in
statu innocentie ⁊ in tempore quod
fuit ante incarnationem sicut ⁊ post
incarnationem. ⁊ ideo ad huius du-
bitationis solutionem sciendum est
qd matrimonium potest tribus mo-
dis cōsiderari. Primo modo prout
est officium nature. Secundo modo
prout est in remedium carnalis con-
cupiscentie. Tertio modo prout est
signum alicuius rei sancte iunctio-
nis scilicet xpi ⁊ ecclesie: quam signi-
ficat cōiunctio animarum viri ⁊ vxo-
ris: ⁊ cōiunctionis humane nature
⁊ diuine in persona filij dei quam si-
gnificat cōiunctio corporuꝝ. Matrimo-
nium ergo primo ⁊ secundo mo-
do consideratum nō est sacramentuz
prout loquimur hic de sacramento
matrimonij. Tertio modo considera-
tum est sacramentuz ⁊ sic fuit insti-
tutum a xpo quando in vtero virgi-
nis voluit nostram humanam natu-
ram nature diuine vnire ⁊ in vnita-
te sui (suppositi seu psonę: quā vnio-
nem significat matrimonium. sicut
enim i actu matrimoniali vir ⁊ vxor
sunt duo in carne vna: sic due nature
scz diuina ⁊ humana sūt in vna pso-
na. s. in persona filij dei. Et istud suf-
ficiat de institutione sacramentoꝝ.

¶ De efficacia ⁊ virtute sacramētoꝝ
Cap. ij. primi tractat? prime partis.

Sciendum qd virtus sacramento-
rum in generali: quia postea di-
cetur de virtute cuiuslibet in specia-
li: consistit in duobus. s. in auferen-
do culpam ⁊ conferendo gratiā. Qd
enim sacramentuz noue legis nisi sic
ober. i. impedimentum ex parte reci-
pientis aufert culpam si inuenit eaz
⁊ confert vel auget gratiam. ⁊ p hoc
differunt sacramēta noue legis ⁊ sa-
cramēta antique legis: quia sacra-
mēta veteris legis sacramento cir-
cūcisionis excepto quantum erat ex
parte operis operati nullam virtutē
habebant quantū ad ablationē cul-
pe ⁊ collationem gratie: sed totā vir-
tutem ⁊ efficaciam suā habebant ex
parte operis operantis. Sacramen-
ta autem noue legis nō solum habēt
efficaciam ex parte operis operātis:
sino etiam ex parte operis operati.
Opus operans vocat̄ deuotio susci-
pientis sacramentū. Opus operatū
vocat̄ actus exercitatus circa sacra-
mentum: sicut opus operatū in bap-
tismo est asperio sive immersio aque
⁊ platio verborū. Et qd sacramēta
noue legis quantum est ex parte ope-
ris operati conferant gratiā ⁊ simul
sint causa gratie patet per diffinitio-
nem sacramenti positam a magistro
sententiāz in quarto libro que talia
est: Sacramentuz est inuisibilis gra-
tie visibilis forma vt eius similitudi-
nem gerat ⁊ causa existat. Utrū autē
sic causa grē sicut causa sine qua vel
sicut causa propter quam indigeret
maiori consideratione q̄ pertineat
ad hoc opusculum.

¶ Est autem alia virtus sacramento-
rum noue legis: quia quedā eoz im-
primunt caracterē in suscipientibus
ea: sicut baptismus: confirmatio ⁊ sa-
cramentum ordinis. Et est caracter
quedā potestas spiritualis p quam

Sacramentum
matrimonij

suscipiēs sacramentū potest aliquid recipere vel facere quod non poterat ante: sicut baptizatus potest recipere alia sacramenta ecclesie que nō potest nō baptizatus. ⁊ ordinatus potest exercere officiū sui ordinis quōd nō potest facere nō ordinatus. ⁊ confirmatus tenet audacter profiteri fidem xp̄i tempore persecutionis fidei ad quod nō tenet nō confirmatus nisi forte ipse specialiter inquireret de fide. Alia autē sacramenta scilicet eucharistia penitentia: extrema unctio ⁊ matrimonium nō imprimunt talem caracterē: ⁊ ideo ista que nō imprimunt caracterē possunt multotiens iterari: sicut homo potest multotiens cōdicare ⁊ multotiens profiteri. ⁊ multotiens iungi. et mortua vna vxore eius alia contrahere potest. Sed sacramenta que imprimunt caracterem nō debent nec possunt iterari: sicut nullus debet bis baptizari vel confirmari vel ordinari. Et ratio est quia virtus eorum spiritus manet scilicet caracter que est inuisibilis. ⁊ istud sufficit de virtute sacrorum in generali.

¶ De numero ⁊ distinctione sacramentorum. Cap. iij. primi tractatus prime partis.

Sacramenta. 7.
Quantū autē ad numerū sacrorum sciendū quod sacra sunt septē scilicet: baptismus: confirmatio: eucharistia: penitentia: extrema unctio: ordo ⁊ matrimonium. Distinctio ⁊ sufficientia istorum sacramentorum a quibusdam doctoribus datur talis. Sicut est in vita corporali sic suo modo debet esse in vita spiritali. in vita autem corporali sic videmus quod homo primo generatur: secundo augetur: tertio nutritur: quarto venit ad tantam perfectionem virtutis quod potest similem sibi generare ⁊ sic genus humanum multiplicatur.

Et quia sanitas hominis potest impediri propter infirmitatem: ideo quinto indiget medicina duplici: vna contra infirmitatem: alia contra reliquias infirmitatis: sic sicut in vita corporali sunt quinque necessaria scilicet generatio: augmentum: nutrimentum: multiplicatio ⁊ medicina: similiter in vita spiritali qualis vita est fidelium viuentium in fide ⁊ unitate ecclesie sunt quinque scilicet spiritalis generatio que fit in baptismo per quam homo regeneratur a christo: spirituale augmentum quod fit in confirmatione in qua gratia baptismalis augetur. Spirituale nutrimentum quod datur in eucharistia que est cibum anime: ⁊ quia fideles indigent multipliciter curati spiritaliter ⁊ corporaliter: quantum ad multiplicationem spirituale accipit sacramentum ordinis per quod ministri ecclesie multiplicantur. Quantum ad multiplicationem corporalem accipit sacramentum matrimonium quod ordinatur ad multiplicationem corporalem fidelium. Spirituales medicina contra infirmitatem spirituale est duplex: vna est contra infirmitatem spirituale que est peccatum scilicet sacramentum penitentiae: alia est contra reliquias peccatorum que est extrema unctio. Et sic patet numerus ⁊ sufficientia sacramentorum: ⁊ ista sufficiant de sacramentis in generali.

¶ Nunc dicendum est de sacramentis in speciali ⁊ primo de baptismo: circa que consideranda sunt octo.

- ¶ Primo quid est baptismus.
- ¶ Secundo de materia baptismi.
- ¶ Tertio de forma baptismi.
- ¶ Quarto de ministro baptismi.
- ¶ Quinto de suscipientibus baptismum.
- ¶ Sexto de ritu baptismi.
- ¶ Septimo de effectu baptismi.

Octavo de annexis baptismi.

Quid est baptismus. Cap. i. secūdi tractatus prime ptis.

Baptismus est ablutio corporalis exterior: cū p̄scripta id est tarata forma verborū facta ita q̄ illa ablutio materialis que fit exterius in corpore est signū ablutōis spūalis quā deus facit in mente.

De materia baptismi. Caplm. ij. secūdi tractatus prime partis.

Materia baptismi est aqua simplex elementalī. Quid autē aqua sit p̄pria materia baptismi patet ex institutione xp̄i qui instituit baptismū fieri in aqua. Si autem instituit baptismū fieri in vino vel in oleo vel in aliquo alio liquore: vinum vel alius liquor esset p̄pria materia baptismi. Alique tamen cōgruentie baptismi assignant a doctorib⁹ quare magis in aqua instituit xp̄s baptismus fieri q̄ in aliquo alio liquore. Quorum vna est q̄ sacramentus maxime necessitatis debet habere materiam maxime cōmunem ne p̄pter defectū materie aliquis impediret a susceptione baptismi: sed baptismus est sacramentū maxime necessitatis: quia sine baptismo nullus potest saluari: ideo baptismus debet habere materiam maxime cōmunē. talis autē materia est aqua que inuenitur in omni terra ⁊ de facili p̄t haberi: ideo nullus potest se excusare a susceptione baptismi p̄pter defectum ⁊ caritiaz materie eius sicut posset se excusare si materia eius esset vinum vel oleum vel lac vel aliquis alius liquor p̄cisus qui nō inueniret in omni terra: nec posset ita facili a quolibet haberi. Alia congruentia quare aqua est p̄pria materia baptismi assignatur

a doctoribus talis: quia proprietates aque maxime cōmunes baptismi est enī aqua mundificatiua sordium refrigeratiua estuantiu: pura ⁊ lucida oculis intuentiu. Similiter baptismus mundat sordes anime: ideo vocatur baptismus quia baptismus grece idē est q̄ lotio latine. vnde baptizare idē est q̄ lavare. Baptismus etiam refrigerat estum carnalis concupiscentie. illuminat oculos mētis respectu noticie diuine. Arguit ergo sic doctores: Illud est p̄pria materia baptismi cuius proprietates maxime conueniunt baptismi: sed vt supra dictus est: proprietates aque maxime cōueniunt baptismi: igit aqua est propria materia ipsius baptismi. Utrum aqua sit benedicta vel nō nihil facit ad baptismum: quia ita potest fieri in aqua non benedicta sicut in aqua benedicta: sed aqua baptismalis in ecclesia benedicit p̄pter solennitatem ⁊ maiorem reuerentiam circa baptismum.

Sed nūquid in aqua roseacea vel in aqua ardente vel in alijs aquis distillatis potest fieri baptismus si aq̄ elementalī inueniri non potest. Dicendum q̄ non: quia tales aque non sunt proprie aque sed humores illorum corporum a quibus distillant. In lixiuio autem vbi aqua nō posset inueniri posset fieri baptismus: cum lixiuio nihil aliud sit q̄ aqua collata per cineres. ⁊ p̄pter eandem rationem dicunt aliqui doctores q̄ in vrina propter defectum aque potest q̄s baptizari quod tamen nō credo esse verum: quia vrina nō est aqua sed humor resolut⁹ ex cibis comestis. ⁊ idē dico de salua.

Sed nōne in brodio carniū potest fieri baptismus vbi alia aqua nō posset inueniri. Dicendū q̄ aut

tanta resolutio carniū est facta i bro
dio illo q̄ definit eē species aque ibi
7 est alia species de nouo generata 7
tūc nō potest vllō modo fieri baptis
mus. Aut nō est ibi tanta resolutio
carniū facta 7 tūc potest fieri baptis
mus in dicto brodio. Quā autē est tan
ta resolutio facta vel nō potest ppen
di in spissitudine. si enī sit tanta spif
situdō illius brodij quanta sit in ace
to vel aliquantulum minor credo q̄
nō potest fieri in illo brodio baptis
mus. Si autem nō sit ibi tanta spif
situdō q̄ brodium nō sit pingue cre
do q̄ tunc in illo brodio potest fieri
baptisimus. 7 idem dico de luto. sed
si aqua exprimeretur de illo luto in
illa aqua expressa posset fieri baptis
mus. Si nix etiam liqueficeret in illa
aqua liquefacta a niue p̄ fieri bap
tisimus. ¶ Solet autē a quibusdā q̄
ri si esset vnus puer baptizandus iu
sta aliquem puteum profundus 7 il
le qui deberet eum baptizare nō ha
beret eum quo extraheret aquaz de
puteo nec posset aliunde aquam ha
bere 7 puer esset in periculo mortis:
nunquid deberet eum projicere i pu
teum dicendo. Ego baptizo te in no
mine patris 7 filij 7 spūs sancti Amen.
Dicendum q̄ nō scdm̄ q̄ dicit sa
ctus i Paulus. Non sunt faciēda ma
la vt veniant bona. Licet ergo ex hoc
istud bonum eueniret q̄ anima isti
pueri saluaretur tamen ille qui pro
ijceret eum faceret istud malū q̄ pec
caret mortaliter 7 sic quantum in se
esset damnaret animam suam 7 ta
mē ex ordine charitatis quilibz pl
tenetur diligere animam suam q̄ a
nimam cuiuscunqz alterius. Et si di
catur q̄ postea talis posset conteri 7
confiteri de isto peccato 7 sic nō dā
naret animam suam. Dicendum q̄
istud est fatuum dicere. quia nullus

est certus de vita sua. vnde iste nō ē
certus si statim postq̄ projecit pue
rum vel esset in isto actu proiectōis
moreretur. vnde habere talem spem
est proprie tentare deum. quia certū
est q̄ talis si projiciat puerum pecca
bit mortaliter. incertum autem est
si deus dabit sibi spacium confiten
di. Quapropter faciendum est scdm̄
consilium beati Augustini dicentis
Tene certum 7 dimitte incertum.
Etiam notandum q̄ licet aqua sit
frigida vel calida non facit ad bap
tisimū sed semp̄ vitandū est periculum
baptizandi.

¶ De forma baptisimi Cap. iij. se
cundi tractatus prime partis.

¶ Circa formam baptisimi sciēdus
est q̄ alia forma reunt̄ greci in
baptizando 7 alia latini. Nam greci
vtuntur tali forma. Baptizat̄ seru
xp̄i in nomine patris 7 filij 7 spiri
tus sancti Amen. Latini autem tali
vtuntur forma. Ego te baptizo in no
mine patris 7 filij 7 spiritus sancti:
Amen. Et q̄uis in forma videat vif
ferentia tamen ex vtraqz sequit̄ ba
ptisimus. nam greci baptizati sunt si
cut latini quod patet. quia quando
redeunt ad vnitatem ecclesie Roma
ne nō baptizant̄ in forma latinorū
tamen forma latinorū conuenien
tior est q̄ forma grecorū. quod pa
tet adnunc ex duobus. Primo quia
illa est conuenientior forma bap
tisimi que magis concordat euz verbis
xp̄i instituentis baptisimū. sed xp̄s in
stituens baptisimū dixit apostolis vt
recitat beatus Mathheus in suo euā
gelio. Ite docete omnes gentes bap
tizantes eos in nomine patris 7 filij
7 spiritus sancti amen. Et cum istis
verbis magis concordat hoc verbis
baptizo q̄ hoc verbū baptizat̄ quia

hoc verbum baptizo est verbum acti-
 uum: hoc autem verbum baptizatus est
 verbum passiuum: et illud participium
 baptizans descendit a verbo actiuo
 et non a passiuo. Quare est conuenien-
 tior forma latinorum qua dicitur bap-
 tizo: quam grecorum qui dicuntur bap-
 tizatus. Secundo potest idem patere sic: Il-
 la est conuenientior forma baptismi
 in qua et per quam magis exprimitur
 ea que sunt necessaria in bap-
 tismo: sed talis est forma latinorum per
 comparisonem ad formam grecorum: quia
 in baptismo est necessaria virtus dei
 conferentis efficaciam baptismi: et
 istud tangitur in utraque forma cum
 dicitur in nomine patris et filii et spi-
 ritus sancti amen. Est etiam ibi neces-
 saria persona suscipientis baptismum
 et istud exprimitur in forma grecorum
 cum dicitur seruus christi baptizatus
 nam in forma latinorum exprimitur
 idem cum dicitur te. Est etiam ibi ne-
 cessaria persona baptizantis mini-
 stri que non exprimitur ad minus ex-
 plicite in forma grecorum in forma
 autem latinorum exprimitur explici-
 te per hoc quod dicitur baptizo: Quare
 relinquitur quod conuenientior sit for-
 ma latinorum quam grecorum. Uerissi-
 mile etiam est quod forma qua uisus
 Romana ecclesia que omnium ecclesiarum
 caput est et magistra sit conuenientior
 quam quecumque alia: extra de baptismo
 et eius effectu. ca. maiores. Est ergo
 debita forma baptismi: Baptizo te
 in nomine patris etc. Non autem no-
 minetur persona baptizanda vel po-
 natur ibi ego et amen dicendo. Ise-
 tre vel Maria ego baptizo te in no-
 mine patris et filii spiritus sancti amen
 non sunt de essentia forme: quoniam
 sine ipsis posset fieri baptismus: tamen
 debent poni in forma propter maio-
 rem expressionem: non tamen est ne-

cessarium quod ponatur. Ista autem for-
 ma baptismi potest fieri in latino et
 in quocumque ideomate.

¶ Utrum possit aliquid mutari cir-
 ca istam formam. Sciendum quod ille
 qui aliquid mutaret circa istam for-
 mam aut intenderet mutare ritum ec-
 clesie et sic non esset baptismus: aut in-
 tenderet facere illud quod facit eccle-
 sia sed ex quadam ignorantia vel in-
 advertentia aliquid circa ipsam for-
 mam mutaret et tunc sciendus est quod
 talis mutatio potest fieri quinque mo-
 dis. Uno modo totaliter mutando
 uerba ipsius forme: et tunc non sit bap-
 tismus: sicut si diceret: in nomine ge-
 nitris et geniti et procedentis ab utro-
 que. Licet enim ex communi usu lo-
 quendi genitor significet patrem et ge-
 nitus significet filium et procedens ab
 utroque significet spiritum sanctum:
 tamen proprie loquendo in diuinitate
 genitor et genitus et procedens expressius
 significant actus relationis per-
 sonarum quam ipsas personas. In for-
 ma autem baptismi debet fieri men-
 tio expressa de personis. Alio modo
 potest fieri mutatio circa formam bap-
 tismi transponendo uerba ipsius for-
 me: sicut si diceretur sic: Baptizo te
 ego in nomine patris et filii et spiritus
 sancti amen. vel quomodolibet aliter
 transponendo: et tunc cum maneat
 idem sensus uerborum ex tali muta-
 tione non impeditur baptismus. Alio
 modo potest fieri mutatio circa ipsam
 formam baptismi addendo aliquid
 ad ipsam formam et tunc talis addi-
 tio aut corrumpit sensus uerborum
 forme baptismi sicut mutauit Arri-
 us dicendo sic: Baptizo te in nomi-
 ne patris maioris et filii minoris et spi-
 ritus sancti. talis enim additio corrumpit
 sensus uerborum forme baptismi cum

de unitate
 forme

tollat equalitatem personarum. Aut talis
additio non corrumpit sensus verborum
forme sed non obstanti tali additione
verborum manet sensus. et tunc si ille qui
addit aliquid intendit mutare formam
ecclesie nihil facit cum non baptizet in fi
de ecclesie. Si autem non intendat muta
re formam ecclesie sed ex quadam fatu
tate vel fatua deuotione addit aliqd
sic dicendo. Baptizo te in nomine patris
et filii et spiritus sancti Amen et beate Marie
et virginis et beate virgo adiuuet te. vel
aliquid aliud tale talis additio non in
pedit baptismum. Alio modo potest muta
ri forma baptismi diminutio aliquid
de ea: et tunc si diminuat dictionem inte
gra quecumque sit illa de omnibus istis:
Baptizo te in nomine patris et filii et spi
ritus sancti Amen: et nihil sit. quia om
nia ista verba sunt de essentia forme
Si autem non diminuat dictionem integra
sed pars dictionis. tunc aut talis di
minutio sit in principio dictionis si
erit si de ista dictione patris vel qua
cumque alta subtrahat prima littera vel
prima syllaba: talis diminutio impe
dit baptismum cum tollat sensus verbo
rum. Si autem talis diminutio fiat de fi
ne dictionis. sicut si de ista dictione
patris remoueat s. vel aliquid tale.
tunc talis diminutio non impedit ba
ptismum cum maneat idem sensus verbo
rum: sicut narrat in decreto in tractatu
de conse. di. iiii. retulerunt: quod quidam
sacerdos ignarus lingua latina bap
tizabat sub ista forma. Baptizo te in
nomine patris et filii et spiritus sancti. et
dicit Leo papa in decreto illo quod ve
re baptizabat. Alio modo potest fie
ri mutatio circa formam ipsas bap
tismi interrumpendo verba ipsius forme
et tunc si sit tanta interruptio quod im
pediat intentionem baptizantis: si
cut si de mane diceret. Ego baptizo
te: et postea iret ad expediendum ne

gotia sua: postea pediret et diceret in
nomine patris etc. nihil faceret. Si au
tem fieret interruptio parua ita quod non
mutat intentionem baptizantis: si
cut si diceretur. Baptizo te in nomi
ne patris et filii etc. et hoc dicto dicat
astantibus. tacere: vel orate deum vel
aliud tale tunc non impeditur bap
tismus.

De ministro baptismi Cap. liij
secundum tractatus prime partis.

Minister baptismi est duplex.
Unus extra casum necessitatis
et iste est sacerdos. Ad solum enim sa
cerdotem extra casum necessitatis per
tinet baptizare. Cuius ratio assigna
tur a doctoribus. talis. Ille est pro
prius et ordinarius minister sacrame
ntorum qui habet potestatem super
corpus Christi verum. sed solus sa
cerdos habet potestatem super cor
pus Christi verum. ideo solus sacer
dos est proprius et ordinarius mini
ster sacramentorum: qui habet pote
statem super corpus Christi verum.
Probatum sic: quia ad illum perti
net ordinatio corporis Christi my
stici: quod est ecclesia id est congre
gatio fidelium qui habet potestates
super corpus Christi verum. sed si di
spensatio sacramentorum pertinet ad
ordinationem corporis Christi my
stici: dispensare sacramenta pertinet
ad illum qui habet potestates super
corpus Christi verum. Sed talis est
sacerdos. quare ad solum sacerdotem
pertinet dispensare sacramenta.
Alius est minister baptismi in ca
su necessitatis. et iste potest esse tam
vir quam mulier. tam fidelis quam infide
lis. In hoc enim est differentia in
ter baptismum et alia sacramenta.
quia minister sacri baptismi potest

apud
Baptismi
et dicitur

apud
in casu
tali
phosoni

esse alius q̄z sacerdos: nō autem mi-
nister alioꝝ sacramentoz. Et est ra-
tio: quia baptismus est sacramentū
maxime necessitatis non autem alia
sacramenta: quia sine baptismo non
potest esse saluus aliquis. sine autē
alijs sacramentis saluantur multi.
Arguūt ergo doctores sic: Sacramē-
tum quod est tante necessitatis q̄ ne-
mo sine eius sumptione saluari pōt
debet habere ministrum ita cōmunē
q̄ p̄pter defectū ministri nullus ex-
cusetur a sumptione eius: sed sacra-
mentum baptismi est tante necessi-
tatis q̄ sine sumptione ipsius nullus
saluari potest dicente x̄po saluatore
nostro in Joanne: Nisi quis renat⁹
fuerit ex aqua ⁊ spiritus sancto nō po-
test introire ī regnū dei. Ideo sacra-
mentum baptismi debet habere mi-
nistrum ita cōmunem q̄ nemo pro-
pter defectum ministri excusetur a
sumptione baptismi. Et ideo ī ca-
su necessitatis quilibet tā vir q̄ mu-
lier tam fidelis q̄ infidelis: sicut iu-
deus: paganus: hereticus baptizare
potest dummodo baptizet in aqua ⁊
debite proferat verba baptismi: ⁊ ha-
beat intentionem faciendi id quod
facit ecclesia: licet infidelis credat il-
lud nihil valere: ita tamen q̄ semper
deferendum est ceteris paribus di-
gniori. Unde infidelis in presentia
fidelis non debet baptizare: mulier ī
presentia viri non debet baptizare.
non promotus ad sacros ordines in
presentia promoti nō debet baptiza-
re. laicus in presentia clerici tonsura-
ti non debet baptizare. Et ratio isto-
rum est quia ille qui baptizat: bap-
tizat in p̄sona x̄pi ⁊ representat ei⁹ per-
sonam: que perfectius representatur
per fidelem q̄z per infidelem: per vi-
rum q̄z per mulierem: per promotū
q̄z per non promotū: per tonsura-

tum q̄z per nō tonsuratum.

¶ Sciendū tamen q̄ in illo qui bap-
tizaret requiritur intentio bap-
tizandi scilicet faciendi illud quod inten-
dit seu facit ecclesia: aliter nō est bap-
tismus quantūcumq̄z alia necessaria
sint ibi. Nunc autem nō requiritur
q̄ sit talis intentio q̄ baptismus in-
tendat baptismum valere bap-
tizando ad vitam eternam: immo cum in-
tentione contraria scilicet q̄ bap-
tismus nihil valeat solus q̄ bap-
tizans intendat facere illud quod ecclesia fa-
cit: quodcumq̄z sit illud valet bap-
tismus.

¶ Sed nunquid si aliquis minimus
vel aliquis ludendo aspergat aquas
super aliquos nō baptizatos dicen-
do baptizo vos in nomine patris ⁊ fi-
lij ⁊ s̄c̄i spiritus: tales essent baptizati? Dicen-
dum q̄ talis aut intendit baptizare
intendēdo facere quod facit ecclesia:
licet de hoc facit trufas ⁊ derisiones
suas: ⁊ tunc talis q̄uis grauius pec-
cet faciendo irreuerentiā sacramen-
to: tñ vere confert baptismū. Si autē
nō intendit facere qd̄ intendit eccle-
sia nihil facit.

¶ Nunquid etiam aliquis in casu ne-
cessitatis potest baptizare seipsum?
Dicendū q̄ iste casus ponit in qua-
dam decretali extra de bap-
tismo et eius effectu. c. debitus. vbi narratur
de quodam iudeo qui p̄pter metum
iudeoz nō erat ausus vocare aliquē
fidelem: sed accipiens aquam dixit:
Baptizo me in nomine patris ⁊ filij
⁊ spiritus sancti amen. Et ad huius
evidentiam sciendum q̄ triplex est
baptismus scilicet fluminis: flami-
nis ⁊ sanguinis. fluminis quādo
quis baptizatur in aqua: ⁊ istud est
sacramentus ecclesie: ⁊ de isto loqui-
tur hic. ⁊ loquendo de tali bap-
tismo nullus potest baptizare seipsum: et

Baptismus fluminis
flaminis
sanguinis

ratio reddatur a papa in illa decreta
 li: quia baptismus est quedam regene
 ratio spiritualis. et ideo sicut nullus
 potest seipsum generare corporali
 ter: dicente beato Augustino in li
 bro de trinitate. Sicut nullus gignit
 seipsum corporaliter ita nullus po
 test seipsum generare spiritualiter.
 videlicet baptizando seipsum. Est ali
 us baptismus fiaminis: quando spi
 ritus sanctus mundat et abluet animas
 alicuius inuisibiliter a peccato. et ta
 li baptismo potest aliquis baptizare
 seipsum disponendo se ad gratiam.
 et ille dicitur baptizatus adultus ha
 bendo deuotionem ad baptismum.
 et essendo in proposito: quod si haberet
 oportunitatem susciperet sacramen
 tum baptismi. et si moriatur in tali
 proposito saluatur. quod est contra
 hoc uerbum supra allegatum. Nisi
 quis renatus fuerit et. quod intelli
 gendum est: renatus in aqua: in par
 tibus in re sed in adultis in re vel in
 voto. Et licet iste non sit renatus ex
 aqua est tamen renatus in voto. Est
 alius baptismus sanguinis: quando
 sufficit aliquis non baptizatus susti
 net mortem pro fide Christi. et talis
 baptismus proficit ad salutem. duz
 tamen habeat baptismum aque in vo
 to si ille qui sustinet sit adultus. Si
 cut habetur in legenda beate Cathe
 rine de illis doctoribus qui ad eius
 predicationem fuerunt ad fidem con
 uersi. quos imperator fecit comburi
 Si autem non sit adultus non requi
 ritur tale votum sed sufficit ad salu
 tem mors tolerata pro Christo. Si
 cut fuit de Innocentibus. et de tali
 baptismo loquendo nullus potest ba
 ptizare se: quia nulli licitum est in
 terficere seipsum pro quacumque cau
 sa. Nec est contra hoc de Sampso
 ne et zara qui interfecerunt seipsos.

quia ut dicit Hieronimus: factum co
 rum non est trahendum ad consequen
 tiam. quia privilegia paucorum non fa
 ciunt legem communem.

¶ An quid etiam in ministro baptis
 mi requiritur bonitas vite scilicet quod
 sit sine peccato mortali? Dicendum est
 quod ista questio intelligenda est de sa
 cerdote. qui ut dictum est: est proprius
 minister baptismi. Ad huius soluti
 onem dicendum est quod quantum ad effectum
 baptismi nihil facit bonitas vel ma
 licia ministri: quod siue sit bonus siue
 malus offert ut dictum est baptismus
 vere. Sed quantum ad ministrum utrum
 peccet in baptizando vel non. Dicendum
 est quod sacerdos aut baptizat in casu ne
 cessitatis sine solemnitate aliqua. si
 cut faceret una uetula: et tunc non pec
 cat mortaliter si baptizat existens in
 peccato mortali. Aut baptizat extra
 casum necessitatis et cum solemnitate et
 tunc peccat mortaliter si baptizat ex
 istens in peccato mortali quod facit irre
 uerentiam sacramento. Tercium est quod
 dicit Durandus quondam episcopus Auiensis
 qui fuit doctor sacri palatii dicit
 in quarto suo quod quocumque modo sa
 cerdos existens in peccato mortali ba
 ptizaret peccat mortaliter. Et utrum
 eius opinio sit vera nescio: tamen bene est
 dura.

¶ Scicendum est etiam quod minister baptis
 mi debet esse unus. et ratio assignat con
 ter a doctoribus: quod baptizans bap
 tizat in persona christi que est una. Idcirco
 persona baptizantis debet esse una.
 unde plures non possunt baptizare
 unum. Et si dicat quod unus possit bap
 tizare plures. dicendo baptizo vos in
 nomine patris et filii et spiritus sancti
 amen. Ergo a simili poterunt plures
 baptizare unum dicendo. nos bap
 tizamus te in nomine patris et filii et
 spiritus sancti. Est dicendum quod non
 b

est simile: quia quādo dicitur baptizo vos: idem est ac si diceretur baptizo te & te quia nihil mutatur in forma. Quando autem dicimus: Baptizamus te: idem est ac si diceret: ego & tu baptizamus quia differentia est inter nos & vos: quia nos idem est q̄ ego & tu: vos autem idem quod te et te. Ideo dicendo vos nihil mutatur in forma: dicendo autem nos mutatur. Solet autē ab aliquibus poni talis casus. Donatur q̄ sint duo quorum vnus sit mutus alius mancus: & sit ibi vnus puer baptizandus: & mutus aspergat euz aqua & mancus proferat verba: queritur vtrum talis puer sit baptizatus? Dicendum est q̄ aut isti baptizant in forma grecorum aut in forma latinorum: si in forma latinorum: dicit tunc aliqui doctores q̄ iste puer nō est baptizatus quia vt̄ dictum est supra baptizans in quacunq; forma baptizet: baptizat in persona christi: vt̄ dicit Iohannes baptista dicens de x̄po: Qui me misit baptizare ille mihi dixit: super quem videris spiritum descendente ipse est qui baptizat: persona autem christi est vna. Unde Athanasius: Nō tamē duo sed vnus est christus. Quare oportet q̄ ille q̄ baptizat sit vnus in quacunq; forma baptizet. Alij autem doctores dicunt q̄ si baptizat in forma grecorum: q̄ est baptizatus: quia vt̄ dicit licet ille qui baptizat baptizet in p̄sona christi cuius p̄sona est vna: baptizat tamen in nomine trinitatis in qua sunt plures p̄sone: quare nō contrarianē baptismō scdm̄ formam grecorum si baptizantes sunt plures. Que istarū opiniononū sit vera nescio: sed meo iudicio papa est consulendus super hoc. Si autem baptizauit in forma latinorum: dicunt cōmunit̄r quasi oēs

doctores q̄ nō baptizatur propter rationem superius factam de nos & de vos que est ratio venerabilis doctoris sancti Thome de Aquino in vltima parte summe. Assignat talis ratio a magistro Berneo: Quia in sacramento maxime veritatis nihil debet esse falsitatis: sed baptismus ē sacramentum maxime veritatis: ergo in baptisino nō debet eē aliquid falsitatis: sed si isti vterentur forma latinorum scilicet forma qua vtitur Romana ecclesia et sibi adherentes esset in baptisino talis falsitas: quia mancus in dicendo baptizo te: idest abluo te in nomine & ē mentes: quia ipse nō baptizat: idest nō abluo: imo hoc facit mutus: quare manifestum est q̄ talis baptismus est nullus. Hęc autem rationem conantur aliqui solvere dicentes q̄ iste mutus non potest dicere ego baptizo te: sed si diceret nos baptizamus te sic nō diceret falsum imo verum: quia ista oratio nos baptizamus te vera est per synodothen sicut si essent duo scriptores qui scripsissent vnum librum ita q̄ vnus scripsisset vnam medietatem & alius aliam medietatem: tunc vnus posset dicere vere nos scripsim⁹ hūc librum. A simili cum mutus in baptisino tali aspergat siue infundat aquam & mancus proferat verba vterq; potest dicere vere nos baptizamus. Hoc autem nihil valet: quia ad hoc q̄ aliqua propositio p̄ synodothen verificetur de duobus oportet q̄ fecerint actum eiusdem rationis quia si fecissent actum diuersarū rationum vna propositio nō potest verificari de eis: sicut si vnus rasisset pergamenum de quo esset factus liber: & alius scripsisset librum ista propositio nos scripsimus librum istū nullo mō posset verificari de eis. Quare

huc
de p̄
in vlt
nō p̄
baptizo
zōri

h. l.
apud
p̄ a

cum infundere aquam & pferre verba sint actus diuersarum rationum nullo modo potest verificari de istis nos baptizamus te. Et hec sufficiat de ministro baptismi.

De suscipientibus baptismum
Cap. v. scđi tractatus. prime partis.

Baptismus debent omnes suscipere tam viri q̄ mulieres: quia sine baptismo in re vel in voto: vt dictum est supra nullus potest saluari sed aliter de adultis aliter de paruulis. quia in adulto qui recipit baptismum requiritur intentio ppria suscipiendi illud quod confert ecclesia. In paruulis autem sufficit fides & intentio eorum qui eū offerūt ad baptismum. Sed nunquid potest. aliq̄s in v̄tre matris baptizari: sicut si sit vna mulier pregnans de viuo & sit in periculo mortis nunquid in ventre eius debet baptizari? Dicendum est q̄ non cuius ratio a doctoribus assignatur talis: quia ille qui suscipit baptismum debet suscipi manibus ministrorum ecclesie & aspergi aqua vel immergi in aqua: sed ista nō possunt fieri circa existentem in ventre matris ergo nō potest baptizari.

Sed ponatur q̄ aliqua pars pueri appareat extra nunquid talis puer si timeatur de periculo ita q̄ non potest expectari q̄ totaliter nascatur potest baptizari. Dicendum q̄ ista pars que apparet extra aut est caput aut aliqua pars corporis. Si illa pars que apparet est caput tūc debet aspergi aqua dicendo: Ego baptizo te. et est vere baptizatus & si nascatur postea nō debet amplius baptizari. Et ratio est: quia caput est principalis pars corporis & in eo vigent omnes sensus corporis. Si autem illa pars

que apparet est alia q̄ caput tūc dicunt aliqui doctores q̄ illa pars debet aspergi aqua & baptizari & est vere baptizatus nec si nascatur postea debet amplius baptizari. Et ratio ē quia baptismus fit propter animā & non propter corpus. anima autem quantum ad essentiam suam est tota in qualibet parte corporis baptizata totum est baptizatum nec debet amplius baptizari. Alij vero dicunt q̄ talis pars que apparet debet aspergi aqua & baptizari sed si puer nascatur postea debet baptizari sub hac forma. Si tu es baptizatus ego non te baptizo: sed si non es baptizatus ego te baptizo in nomine patris &c. Quis istorum verius dicat nescio: sed credo q̄ istud vltimum sit verius & securius.

Sed an si aliquis esset sanctificatus in v̄tero matris deberet baptizari. Dicendum est q̄ sic: non quidem propter culpam quam habet: sed vt scribatur in numero fidelium in susceptionem characteris baptismalis & vt impleretur Christi preceptum in susceptione baptismi.

Sed nunquid filij iudeorum paruuli sunt baptizandi inuitis parentibus. Dicendū q̄ aliqui doctores sicut Johannes Scotus & dñs Durandus ep̄s Auticiensis & sui sequaces dicunt q̄ sic. Dicūt enī q̄ principes & dñi terrarū in quibus habitant iudei possunt eis auferre filios suos & eis inuitis eos facere baptizari cū iudei sint eorum serui s̄m leges filij suorum sunt res dñorum quorum sunt seruitales ita q̄ dñi possunt eos v̄dere & ipignorare. Arguit ergo sic. Adaius est aliquē posse obligare & abdicare seruituti alicuius dñi t̄p̄alis q̄ seruituti dei. cui ois homo de iure naturali tenetur seruire.

sed om̄i terrarū in quibus habitant
 iudei possunt vendere filios iudeorū
 ⁊ tradere i seruos alteri domino eis
 inuitis: ergo possunt eos inuitis pa-
 rentibus tradere seruituti xp̄i quod
 fit p̄ susceptiones baptismi. Alij vō
 doctores sicut sanctus Thomas de
 de Aquino ⁊ sui sequaces dicunt q̄
 filij iudeorū parvuli inuitis paren-
 tibus nō sunt baptizandi. ⁊ hoc pro-
 pter periculum quod possēt contin-
 gere: quia quando isti parvuli inui-
 tis parentibus essent baptizati essent
 adulti: cū proles naturaliter sequa-
 tur parentem: ipsi forte abnegarent
 baptismum ⁊ redirent ad iudaismū.
 Verisimile enim est q̄ si iudeorum
 filij parvuli essent inuitis parenti-
 bus baptizandi christianissimi Im-
 peratores ⁊ reges qui precesserunt q̄
 fuerunt tanti zelatores fidei iudeorum
 filios fecissent baptizari ⁊ etiā sum-
 mi Pontifices inducerent reges et
 principes in quorum terris habitāt
 iudei ad hoc faciendum. Quis isto-
 rum verius dicat lectoris iudicio re-
 linquo.

¶ Sed nūquid furiosi ⁊ amentes de-
 bent baptizari? Dicendum est q̄ isti
 furiosi aut fuerūt furiosi a natiuita-
 te ita q̄ nunq̄ habuerunt vsum ra-
 tionis: aut aliquotiens habuerunt
 vsum rationis sed amiserunt p̄pter
 aliquam causam. Si fuerunt furiosi
 a natiuitate nō sunt baptizandi: quia
 dictum est q̄ in adultis qui debent
 baptizari requiritur fides ⁊ intentio
 suscipiendi illud quod confert eccle-
 sia. sed tales nō possunt habere fidē
 nec intentionem cum ponant nunq̄
 habuisse vsum rationis: ergo tales nō
 possunt suscipere baptismū. Si au-
 tem non fuerint furiosi a natiuitate
 sed habuerint aliquotiens vsum ra-
 tionis: vel habent aliquoties lucida

intervalla: ⁊ tūc si in tempore in quo
 habent vsum rationis vel in tempore
 in quo habent lucida intervalla ha-
 buerint fides ⁊ deuotionē ad bap-
 tismum ⁊ petiuerūt ipsum tūc debent
 baptizari quāq̄ sint in furia. Si autē
 in tempore in quo habebāt vsum ra-
 tionis vel in quo habebāt lucida in-
 terualla nec habebant fidem nec de-
 uotionē ad baptismum nec petebāt
 ipsum nō debent baptizari. ⁊ idē di-
 co de demoniacis: quia si anteq̄ es-
 sent demoniaci habebāt fidē ad bap-
 tismum ⁊ deuotionē ⁊ petebāt ipsū
 debent baptizari aliter nō. Simile
 iudicium est de freneticis.

¶ Utrum autē aliquis dormiens de-
 beat baptizari? Dicendū est q̄ si po-
 terit excitari nō debet in somno bap-
 tizari: sed si non potest excitari tunc
 distinguendū est vt supra: quia aut
 tempore vigilię habuit deuotionem
 ad baptismum ⁊ petiuit ipsum ⁊ tūc
 debet baptizari: aut nō habuerat fi-
 dem nec deuotionem ad baptismū ⁊
 tūc nō debet dormiens baptizari.

¶ Et quid si sit vnum monstrum q̄
 habeat duo corpora coniuncta an de-
 beat baptizari vt vna p̄sona vel due?
 Dico q̄ cum baptismus fiat propter
 animam ⁊ nō propter corpus quan-
 tuncunq̄ essent duo corpora si solū
 esset vna anima debet baptizari vt
 vna p̄sona. Sed si essent due anime
 debent baptizari vt due.

¶ Sed quomodo sciet si sit vna ani-
 ma vel due? Dico q̄ si sint duo cor-
 pora sunt due anime. Si autem est
 vnu corpus est vna anima: ⁊ ideo si
 sūt duo pectora ⁊ duo capita suppo-
 nendū est esse duas animas. Si autē
 esset vnu pectus ⁊ vnum caput quā-
 tūcunq̄ alia membra essent duplica-
 ta esset vna anima.

huc vide qd̄ me ostendit
 baptizari debet
 113

¶ De ritu baptismi Cap. vi. secū
di tractatus prime partis.

Baptismus fit duobus modis vno modo immergendo in aqua: alio modo aspergendo aquam. quid autem fiat melius? Dicendum quod si non timeatur de periculo vel per debilitatem baptizantis vel pueri vel aliqd aliud melius fit immergendo quam aspergendo. Locus ratio assignatur a doctoribus. quia baptismus significat sepulturam christi. Et ut dicit apostolus Consepulsi estis christo per baptismum sed melius sepultura figuratur quando fit immergendo in aqua quam quando fit aspergendo. ergo melius fit immergendo. Sciendum autem quod unusquisque debet seruare ritum ecclesie sue nec debet ipsum mutare.

¶ Utrum autem requiratur trina immersio vel aspergio vel sufficiat una. Dicendum quod sufficit una: sed ceteris paribus melius fit per trinam quia baptismus fit in nomine sancte trinitatis que trinitas melius representatur per trinam immersionem vel aspergionem quam per unam: ita tamen quod verba non finiantur antequam omnes tres sint complete. In hoc autem quod fiat una vel trina quilibet debet seruare ritum ecclesie sue.

¶ De effectu baptismi Cap. vii.
secūdi tractatus prime partis.

Effectus baptismi est delere omnem culpam originale quam actuale: et conferre gratiam et aperire ianuam regni celestis: in quo differat a circumcissione quia licet ante passionem christi circumcisio deleat culpam originale et conferret gratiam tamen ianuam regni celestis aperire non poterat. Et ista sententia est Bede: qui dicit in omelia de circum-

cissione domini. Scire debet fraternitas vestra quod ista salutaris circumcissionis remedium olim circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod nunc christo reuelante gratia baptismi agere consuevit excepto quod ianuam regni celestis aperire non poterat.

¶ Sciendum autem quod baptismus aliter operatur ista in paruulis aliter in adultis: quia in paruulis nihil requiritur a parte ipsorum: sed in adultis requiritur a parte ipsorum quod non ponant obiectionem id est quod non habeant contrariam dispositionem scilicet quod non accedant fidei ad baptismum: sed accedant cum debita deuotione. Non solum autem baptismus confert gratiam immo etiam confert omnibus ipsum suscipientibus tam paruulis quam adultis qui non ponunt obicere omnes virtutes tam theologicas quam morales: et si non quantum ad usum ad minus quantum ad habitum: et ista sententia est consilij generalis et habetur in constitutionibus domini Clementis quinti extra de summo tri. et si. ca. e. fidei catholice. Est autem alius effectus baptismi quia per ipsum contrahitur cognatio spiritualis quam i pedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum. De hoc tamen dicitur infra quando agetur de matrimonio. Per baptismum etiam imprimitur character ut dictum est supra: et ideo baptismus non debz iterari: immo pena illius qui iteraret baptismum secundum leges est decapitatio. Et ne sanctum baptismum iteret. l. ij. secundum canones vero est quod non possunt promoueri ad sacros ordines.

¶ De annexis baptismi capitulum octauum secūdi tractatus prime partis.

Baptismus quando fit cū debita
 solēnitate pcedant cathecismus
 ⁊ exorcismus. Cathecismus idē est
 q̄ instructio: quia in cathecismo in-
 struitur baptizand⁹ de fide ⁊ merito si-
 dei. Unde in baptizando petit sacer-
 dos qd petis: ⁊ ipse si est adultus r̄-
 det fidem. Si autē sit paruul⁹ patrini
 r̄dent in p̄sona eius vel alij. Et tūc
 sacerdos petit: fides qd tibi p̄stabit:
 ⁊ ille r̄det: vitam eternā. ⁊ tunc di-
 cit sacerdos. Hec est vita eterna ⁊c.
Et in isto cathecismo facit tria sa-
 cerdos baptizādo. Primo mittit di-
 gitū in aures ⁊ ponit saluam in ore
 eius: ⁊ significat q̄ baptizandus de-
 bet habere aures apertas ad audien-
 dum verbum dei: documenta fidei.
 Positio saline in ore eius significat
 q̄ debet esse promptus ad respōden-
 dum ⁊ ad loquendū de fide: quia lo-
 cutio fit mediante salua. **S**ecūdo
 facit ei crucē in fronte ⁊ in pectore: ⁊
 significat q̄ baptizand⁹ debet habe-
 re ⁊ recipere fides xp̄i in corde: quod
 significat crux facta in pectore et in
 ore: nec debet erubescere confiteri fi-
 dem xp̄i: quod significat crux facta in
 fronte: quia in fronte statim apparet
 verecundia: quia scdm q̄ dicit Apo-
 stolus ad Roma. ⁊. ca. corde credit
 ad iusticiam: ore autem confessio fit
 ad salutem. **T**ertio ponit ei de sa-
 le in ore: quod significat sapiētā di-
 uinam iuxta doctrinam Apostoli:
 Omnis sermo debet sale diuine sa-
 pientie conditus esse.
Exorcismus est idē q̄ adiuratio: qz
 adiuratur demon vt recedat de ani-
 ma baptizādi ⁊ det locū spiritui san-
 cto aduenienti. **F**acit tria sacerdos
 baptizando: quia primo facit ei cru-
 cem cū pollice in fronte: ⁊ significat
 q̄ baptizand⁹ consignatur vt sit tem-
 plum siue habitaculū spiritui sancti

Secundo facit ei crucem de spūto
 ad aures ⁊ nares ⁊ ad os ⁊ significat
 q̄ baptizādi debet habere aures cor-
 dis clausas diabolo ne audiat sugge-
 stiones diaboli ⁊ debet h̄re os clau-
 sum ne loquatur verba mala: ⁊ debz
 sic viuere vt sit scdm doctrinā Apo-
 stoli: bonus odor xp̄i in vita. **C**el-
 istud significat q̄ talis debet emitte-
 re fumz deuote orationis p̄ quam
 effugat demoniū iuxta verbum Ra-
 phaelis in Tobia dicentis: fumus
 effugat omne genus demonior⁹. **E**t
 ista sunt euz spūto: idēst virtute xp̄i
 que significatur per spūm. Nam
 sciendum est scdm q̄ dicit glosa sup
 illud verbum Joānis: Lutz fecit ex
 spūto: Sicut spūti mittit ab interio-
 ribus cordis: ita filius dei gignit ex
 substantia dei patris. **T**ertio facit
 crucem de oleo exorcizato in pecto-
 re ⁊ in spatulis: ⁊ significat q̄ bap-
 tizandus debet esse fortis ad luctandū
 contra diabolū et ad portandū
 onera penitentie: ⁊ ista sunt mediā-
 te oleo diuine gratie. **N**ost baptizand⁹ autem sacerdos
 facit tria baptizato. **P**rimo inungit
 eum chrismate: ⁊ significat vnctionē
 gratie spiritui sancti quam suscepit
 in baptismo. **S**ecūdo tradit ei ve-
 stem albam: ⁊ significat innocentiaz
 baptismalem. **T**ertio tradit ei ce-
 reum accensum ⁊ significat lumen si-
 dei: quod dat in baptismo.
Sciendum autem q̄ ista non sunt
 de essentia baptismi: quia sine istis
 potest dari baptismus in casu neces-
 sitatis: sed in tali casu si baptizatus
 supuixerit debet portari ad ecclesiaz
 ⁊ ibidez cathecizari ⁊ exorcizari pro-
 pter ritum ecclesie seruandum. non
 autē debet baptizari iterum si sit cer-
 tum q̄ recte sit baptizatus: sed si non
 est certū debet baptizari sub ista for-

ma. Si tu es baptizatus ego te non baptizo. sed si nō es baptizatus ego te baptizo in uoie patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti amen. Et hec sufficiant de baptismo.

Terti⁹ tractat⁹ prime ptis de confirmatione.

Quia ad spūale generationē seq̄ augmentū spūale: ideo postq̄ de spūali rituali generatione que fit in baptismo dictū est restat dicēdū de spūali augmento qd̄ fit in p̄firmatiōe. Circa quā p̄sideranda sunt. vij.

Primo quid est confirmatio.

Secundo de materia confirmatiōnis.

Tercio de eius forma.

Quarto de ministro.

Quinto de suscipientibus confirmationem.

Sexto de ritu eius.

Septimo de eius effectu.

Quid est cōfirmatio Lap. j. terci⁹ tractatus prime partis.

Confirmatio est p̄signatio facta cū christinate ab ep̄o i fronte baptizati cū certa forma uel uox ad cōfitendum audacter nomen Christi.

De materia p̄firmatiōis cap. ij. terci⁹ tractatus prime partis.

Materia sacramenti confirmatiōnis ut patet ex dicta diffinitione est christina. In quo quidē christinate sunt duo scilicet oleum oliuaz ⁊ balsamus. Et ratio quare ista duo sunt materia huius sacramenti est i stitutum christi qui instituit ista duo esse materias huius sacramenti. licet enim nō inueniatur in euāgelij q̄ Christus hoc instituerit: tamē beatus Iheronimus qui fuit vicarius ⁊ pastōr ⁊ rector uniuersalis ecclesie docuit ⁊ predicauit ⁊ p̄mulgauit christum instituisse. Et licet ista p̄mulgatio nō inueniatur in canonicis id est in epistolis beati Petri: tamen dominus papa habet in decretis romane ecclesie: ⁊ potest haberi ex obseruantia uniuersali totius ecclesie a tempore beati Petri usq̄ ad nunc. que quidem obseruantia p̄minet auctoritari cuiuscunq̄ cum uniuersalis ecclesia regatur a spiritu sancto ⁊ errare non possit. Et si querat quare euāgeliste non posuerunt in euāgelij materias ⁊ formas sacramentorum? Ad hoc respondet beatus Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia dicens q̄ euāgeliste noluerunt hoc facere ne materie ⁊ forme sacramentorum uentiret in uersionem. Quia sc̄d̄ q̄ dicit saluator noster. Adhuc ueritate non sunt ponende ante portos. Secus autem est de baptismo: quia baptismus est maxime sacramentum necessitatis: quia sine baptismo non potest aliquis esse saluus: ideo oportuit q̄ forma eius esset omnibus nota. Idcirco euāgeliste posuerunt eam expresse in euāgelij. Assignatur a doctorib⁹ talis ratio quare christina est propria materia huius sacramenti: quia i christinate ut dicitur sunt duo scilicet oleum oliuarum ⁊ balsamum ⁊ proprietates istorum maxime conueniunt huic sacramento quia oleum oliuarum est nutrimentum splendoris ⁊ ideo ponitur in lampade ut lumen possit ei durare. Et idcirco oleum est signum maioris notitie luminis fidei quam debet habere p̄ alijs confirmatus: quia ipse tenetur se excipere obijcere persecutoribus fidei ⁊ cōfiteri fidem etiā absq̄ hoc q̄ requiritur. unde de confirmato dicit in ps. Inueni David seruū meū in baptis-

buij

mi susceptio: oleo sancto meo unxi
eum in confirmatioe. manus enim
mea auxiliabitur ei in fidei persecutio
ne. Balsamum autem ratione sue fra
grantie designat odorem bone fame
& opimonis qui debet esse in confir
mato. Unde in Ecclesiastico: Sicut
cynamomum & balsamum aromatisas
odorem dedit.

Arguit ergo doctores sic: Illa est
propria materia sacramenti confir
mationis cuius proprietates maxime
conueniunt effectui sacramenti confir
mationis: sed proprietates olei & bal
sami maxime conueniunt effectui sa
cramenti confirmationis: ergo ista
sunt propria materia sacramenti con
firmationis.

Sciendum autem quia ista oportet pri
mo esse sanctificata et benedicta ab
episcopo antequam sunt propria mate
ria istius sacramenti. Et ratio assignat
a venerabili doctore sancto Tho
ma de Aquino in quarto suo: quia in
illis sacramentis que Christus recepit in
corpore suo non requiritur sanctifica
tio materie eorum: quia ipse tactu sui
sacratissimi corporis sanctificauit ea.
Et ideo quia Christus fuit baptizatus non
requiritur de necessitate sacramenti
quod aqua prius benediceretur ut sit ma
teria baptismi: quia ut dicit Beda:
Christus sue mundissime carnis ta
ctu vinum regeneratiuum contulit aquis.
Quia etiam Christus suscepit sacramen
tum eucharistie in seipso non requiri
tur quod panis & vinum prius benedi
cantur antequam sint materia sacramen
ti eucharistie. Sed in illis sacramen
tis que Christus non suscepit in seipso re
quiritur ut precedat materie sancti
ficatio. Et ideo quia Christus non recepit
sacramentum confirmationis in se
ipso in confirmatione requiritur ma
terie consecratio. Et ideo dico de sa

cramento ordinis & sacramento extre
me unctionis. Alia ratio assignat ab
eodem doctore in ultima parte sume: quia
in illis sacramentis in quibus requiri
tur minister spiritualiter consecra
tus requiritur materia spiritualiter
consecrata: ut sic materia sacramenti
proferenter se habeat ad ministrum sa
cramenti: sed in sacramento confir
mationis requiritur minister spiri
tualiter consecratus videlicet episco
pus: quare in sacramento confirma
tionis requiritur materia spiritualiter
consecrata: ideo in alia materia non
potest fieri hoc sacramentum.

De forma confirmationis. Ca. liij.
tertij tractatus prime partis.

Forma istius sacramenti sunt ver
ba que episcopus dicit quando facit
crucem in fronte confirmandi cum chris
mate que verba sunt ista: Consigno te
signo sancte crucis & confirmo te
chrismate salutis in nomine patris & fi
lij & spiritus sancti amen. Et quia ista sit
ueniens forma huius sacramenti potest
sic probari: Illa forma est ueniens for
ma sacramenti confirmationis per quam
& in qua exprimitur illa que sunt ne
cessaria ad sacramentum confirmatio
nis. Sed in ista forma confirmatio
nis exprimitur ea que sunt necessaria
ad sacramentum confirmationis: quia
in confirmatione est necessaria per
sona. scilicet minister conferens sacramen
tum: & istud exprimitur cum dicitur: Con
firmo & consigno. Est etiam necessaria
persona suscipientis sacramentum: que
exprimitur cum dicitur te. Est etiam ibi
necessaria materia sacramenti: que
exprimitur cum dicitur chrismate. Est etiam
ibi necessaria virtus dei conferens
efficaciam sacramento: que exprimi
tur cum dicitur in nomine patris etc.

Effectus aut istius sacri exprimitur i
ista forma sed istud videbitur infra qñ
agetur de effectu huius sacri: quare
manifestum est q ista forma pueni
ens est forma sacramenti.

C De ministro huius sacramenti
Cap. iiii. tertij tractat. prime ptis

Quoniam minister huius sacramenti est
epus solus. cuius ratio assignat
doctoribus talis. Sicut est in pol
litica corporali bene ordiata: ita suo
modo debet esse in politica spiriua
li. sed sic est in politica corporali bñ
ordinata q p mouere aliquos ad sta
tum & gradum excellentie super ali
os. pertinet ad illum qui habet curā
ciuitatis vel communis scilicet ad
principem: & quia confirmatus p sa
cramentum confirmationis ponitur i
statu eccellente sup alios: q confirmatus
efficit miles xpi: ideo conferre sa
cramentum confirmationis pñinet ad
epm qui habet curam totius vniuer
satis siue cōitatis in sua diocesi.

Sed vtrū in casu necessitatis ali
q epus possit conferre? Dicēdū q i ma
teria istius pñerant sibi inuicem do
ctores. Dicunt enim aliqui q papa
possit committere cuiumqz viro fi
deli q ministraret sacramentum cō
firmationis & assignant talem ratio
nem. Ille qui tenet locum xpi in ter
ris & habet plenariam potestatem p
dispensare in ecclesia in sacramentis
in omnibus istis que nō fuerunt in
stituta a xpo. sed nō legitur i toto ca
none noui testamenti q xps institue
rit sacramentum confirmationis dari
a solis episcopis. ergo papa qui ha
bet plenitudinem potestatis in eccle
sia & tenet locum xpi in terris potest
ordinare q sacramentum confirma
tionis ab alio q epō conferat. Alij autē

Doctores dicunt pñerant: dicunt enī q
papa nō possit pmittere alteri nisi es
set epus q conferret sacm confirmationis
& assignant talē rationē q in illis q
sunt de necessitate sacri nō pnt aliqd
per papam imitari sed epus est de ne
cessitate sacri minister confirmationis:
& ideo nō potest per aliquem fieri q
alius q epus conferat istud sacramen
tum confirmationis. maior ista? ra
tionis pcedit ab omnibus. minores
autem ipsi pbant sic: q sicut de ne
cessitate ista? sacri est q materia ei
sit sanctificata nec aliq possit istud
mutare. ita de necessitate sacramen
ti est q eius minister sit sanctificat
que sanctificatio fit in episcopali cō
secratione. quare solus epus de neces
sitate sacramenti est minister huius
sacramenti. Alij doctores tenent vs
am mediam & dicunt q dñs papa nō
potest committere cuiumqz fideli i
differentem q conferret sacramentum
confirmationis: sed omni sacerdoti
potest committere. Et rationes pri
mi dicti assignant q nulli potest cō
mitteri q habeat potestatem sup cor
pus christi mysticum a dñino quo
ad dispensationem sacramentorum ni
si habeat potestatem super corpus xpi
verum: quia potestas super corpus
xpi mysticum descendit a potestate
super corpus xpi verum. sed solus sa
cerdos habet potestatem super cor
pus xpi verum: & ideo soli sacerdoti
committi potest cuius habeat potesta
tem super corpus xpi mysticum & hoc
in dispensando sacramenta. Sed mi
nistrando sacramentum confirmationis
habetur potestas super corpus
xpi mysticum quare soli sacerdoti pnt
committi q sit minister sacramenti
confirmationis. Rationem secundi
dicti assignant ex quodam decreto i
quo legitur q Gregorius papa cō

missit quibusdam sacerdotibus Anglie
quod vngerent baptizatos in fronte cum
chrismate: sed in tali unctione offert
sacramentum confirmationis: quare pa-
tet quod sacerdotibus potest committi a papa
quod offerant huiusmodi sacramentum: et istud
vltimum reputo verius: de quo tamen
habet in ca. v. de consuetudine.

De recipientibus confirmationem
Capitulum. v. tertij tractatus prime partis.

Sacramentum confirmationis debet
accipere omnes baptizati tam viri quam
mulieres: quia secus est de militia se-
culari et de militia spirituali: quia mili-
tiam secularem non debent suscipere
mulieres sed soli viri: quia mulieres
non sunt apte ad pugnandum corporali-
ter. Militiam autem spirituales patet omnes
suscipere tam viri quam mulieres et in-
differenter: quia tam viri quam mulie-
res sunt apti ad pugnandum spiritua-
liter contra persecutores fidei. Sed
militia spiritualis datur in sacramen-
to confirmationis possunt recipere
tam viri quam mulieres. Et hoc est quod
dicit apostolus: In christo iesu neque masculus
neque femina. vult dicere quod
ad christum non est differentia de masculo
neque de femina.

Sed nunquid pueri sunt confirmandi?
Dicendum quod sic: statim cum inci-
piunt habere usum rationis: quia tunc
sunt apti ad confitendum fidem christi.
Et in sacramento isto datur spiritus
sanctus ad robur et fidem christi auda-
cter confiteantur confirmationi.
Sed nunquid sine peccato potest
quis obmittere ne vnicuique recipiat sa-
cramentum confirmationis? Dicendum
quod sine isto sacramento potest homo
saluus esse: quia non confirmati sal-
uantur: sed si occurrat opportunitas

suscipiendi quislibet debet eum suscipere
et si sine causa rationabili obmie-
tat ipsum suscipere peccat mortaliter
nisi suscipiat ipsum. Et ratio huius
potest esse ista: quod quislibet quantum in se
est debet se disponere ad suscipiendum
gratiam vel eius augmentum si sit capax
sed in sacramento confirmationis si digne sus-
cipiatur offert gratiam vel auget. ergo
habita opportunitate debet suscipere
illud sacramentum: ideo sacerdotes ha-
bentes curam animarum debent instruere
parochianos suos et quando episcopus erit pre-
sens in sua parochia suscipiant istud
sacramentum.

De ritu istius sacramenti. Cap. vi.
tertij tractatus prime partis.

Ritus huius sacramenti est quod quis
aliquis confirmatus inungitur per
medum crucis ab episcopo in fronte cum
chrismate sub forma verborum supra
posita. Configno etc. Et iste ritus est
perveniens: cuius ratio est: quod in ritu sa-
cramentorum debent signari virtus et
effectus sacramenti. modo effectus
istius sacramenti est quod per ipsum datur
spiritus sanctus ad audacter confiten-
dum fidem christi: et quia per ipsum con-
firmatus efficitur pugil christi: et ista si-
gnificant in ritu huius sacramenti:
nam per unctionem significatur quod con-
firmatus in confirmatione efficitur
pugil christi. nam antiquitus pugiles in-
ungebantur. Per alampam significatur
quod confirmatus debet habere auda-
ciam confitendi fidem christi: nam a con-
fessione fidei potest aliquis impedi-
ri propter duo: scilicet propter verecun-
diam vel propter timorem. Contra
primum fit confirmatio crucis cum chris-
mate in fronte: et se non crubescat
confiteri fidem christi: quia in fronte ap-
paret prima verecundia: quia quando
homo verecundat statim frons incipit

erubescere. ideo contra ruborem ve-
recundie inungitur frons. Sed ptra-
torem etiam crux fit in fronte. quia
quado homo timet incipit frons pa-
lescere et tota facies. ideo ptra timo-
rem. firmatur inungit signo crucis
Alapa aut que dat. firmatio non est
de necessitate sacri: sed datur ppter
memoriam.

De effectu sacri confirmationis
Cap. vij. tercij tractat. pme ptis.

Effectus sacramenti confirma-
tionis est vt dictum est supra et
in eo datur spiritus sanctus ad robur
et ad audacter constendum fides xpi
vnde nisi sit obex id est impedimen-
tum ex parte suscipientis in isto sa-
cramento datur noua gratia vanti
qua augetur.

Est aut alius effectus istius sacri
quia per ipsum si digne suscipiatur
peccata mortalia oblita et venialia di-
mittunt. Per istud etiam sacm imp-
mit character vt dictum est supra: ideo
istud sacm no debet nec potest bis
suscipi immo qui scienter bis susci-
pit ipsum meret scdm leges decapi-
tari vt dictum est supra de baptismo.

Sciendum autem q character con-
firmationis presupponit caracteres
baptismi. quia nullus potest suscipe-
re illud sacramentum nisi fuerit ba-
ptizatus.

Per istud etiam sacramentum con-
trahitur cognatio spiritualis sicut p
baptismum que impedit matrimo-
nium. De hoc tamen dicitur infra
quando agetur de matrimonio. Et
hec de sacro confirmationis sufficiat.

Tractatus quartus prime partis
de sacramento eucharistie.

Postq dictum est de generatioe
spirituali: que fit in baptismo. et de

augmento spirituali qd fit in confir-
matione. dicendum est de spiali nutri-
mento qd dat in sacro eucharistie.
Circa qd consideranda sunt. ij.

Primo quid est eucharistia.

Secundo de ministro misse qs et qua-
lis debeat esse.

Tercio de materia sacramenti mis-
se que et qualis debeat esse.

Quarto de forma.

Quinto de loco in quo debeat ce-
lebrari missa.

Sexto de tempore quo debet cele-
brari missa.

Septimo quotiens in die debz ce-
lebrari missa.

Octauo de vestibus qb? debet in-
duri sacerdos in missa.

Nono cui debet dari sacrificium
misse.

Decimo de ritu misse.

Undecimo de defectib? q possunt
occurrere in missa.

Quid e eucharistia Cap. j. quar-
ti tractatus prime partis.

Eucharistia pot sic notificari.
Eucharistia est sacm corpis et
sanguinis xpi ptenoz sub specieb?
panis et vini virtute verboz a sacer-
doto platoz. Et dicit ab eu qd e bo-
nu et charis qd est gra qz in eo ptime-
tur ille q est fons gratie. s. xps. de cu-
ius plenitudine oes accipim? grati-
am p gratia vt dicit Jo. j. c.

De ministro eucharistie cap. ij.
quarti tractatus prime partis.

Minister sacramenti eucharistie
id est minister qui potest et de-
bet celebrare missam est sacerdos ri-
te et legitime ordinatus sine peccato
mortali existens et cui non est probi-
bitum celebrare. Dico qui pt et debz

quia multi possunt qui non debent celebrare missam: sicut sacerdotes heretici excommunicati vel scismatici et degradati non debent celebrare: tamen possunt celebrare: quia si celebrant veraciter conficiunt corpus Christi peccant tamen mortaliter in dicendo missam et non solum ipsi celebrantes immo omnes qui audiunt missam eorum si sunt notorii tales et audientes sciunt. Dico rite et legitime ordinatus: quia nullus nisi sit rite et legitime ordinatus in sacerdotem potest celebrare missam. Intelligendum est tamen quod non rite et non legitime ordinatus potest esse duobus modis. Uno modo quod in ordinatione sua omittatur aliquid quod sit de essentia ordinis vel ordinationis: sicut quod non ordinetur ab episcopo: vel quando ordinatur non inungatur ei manus: vel quod non tradatur sibi calix: vel quod ordinans non dicat verba debita et statuta vel quod non habeat intentionem ordinandi et talis nullo modo potest celebrare: quia talis non est sacerdos. Alio modo quod non in ordinatione sua servatis omnibus que sunt de essentia ordinis siue ordinationis omittat aliquid eorum que sunt de solemnitate ordinis siue ordinationis et talis potest bene celebrare: tamen credo quod non debeat: potissime si ex negligentia sua fuerit aliquid tale commissum: quid sit de essentia ordinis vel ordinationis et quod de solemnitate determinent doctores non est patris speculationis: quia scire istud magis spectat ad episcopum quam ad simplicem sacerdotem. Dico etiam quod sine peccato mortali existens debet celebrare quia nullus in peccato mortali existens debet celebrare missam. ¶ Notandum tamen quod aliquem esse in peccato mortali potest esse duobus modis. Uno modo quod sit in peccato mortali

notorio. Alio modo quod sit in peccato mortali occulto. ¶ Primo modo si sit notorie hereticus vel scismaticus excommunicatus vel fornicarius: non solum ipse peccat in celebrando et dictum est immo omnes qui audiunt missam eius. Et ratio est: quia ista quatuor crimina maxime repugnant huic sacramento: nam in hoc sacramento est secretum fidei: ideo repelluntur heretici. Et est vinculum caritatis ideo repelluntur scismatici et excommunicati. Est etiam vas gratie: unde vocatur eucharistia: ideo repelluntur simoniaci qui gratiam emunt et vendunt. Est etiam elevans hominem ad statum spiritualem: ideo repelluntur notorii fornicarii qui omnino sunt carnales. Et dicuntur notorii non propter suspicionem vel alia signa probabilia: sed qui sunt secundi ordinem iuris condemnati de tali crimine vel sponte in iudicio confessi et canonice convicti: vel propter evidentiam facti. Et voco evidentiam facti quando factum est ita notorium quod non indiget testibus cum nulla tergiversatione posse celari. ¶ Si sit in peccato occulto: tunc sciendum quod aliquis esse in peccato mortali occulto potest esse tribus modis. Primo modo quod committit iam actu vel scit se commississe tempore peccati aliquod peccatum mortale de quo non dolet nec penitet nec convertitur: et talis sic celebrans non solum peccat mortaliter sed mortalissime. Et de tali dicit Apostolus: Qui manducat et bibit indigne iudicium: scilicet iudicium mortis eterne: sibi manducat et bibit. Alio modo aliquis potest esse in peccato mortali quia scilicet commisit aliquod peccatum mortale quod non fuit confessus tunc tamen non recolat de illo peccato: et tunc aut tamen

Nullus in peccato mortali existens debet celebrare missam.

lis diligenter examinavit conscientiam suam anteq̄z poneret se ad celebrandum et nullo modo potuit se recordari de tali peccato et est in proposito q̄ si recordaret confiteretur illud peccatum et faceret penitentiam de ipso et in generali conteritur de omnibus peccatis oblitus et iste non solum non peccat in celebrando immo virtute sacramenti misse meretur veniam et absolutionem de illo peccato et ita intelligitur illud verbum eximij doctoris Augustini q̄ sacramentum istud vivificat mortuos id est illos qui isto modo existentes in peccato mortali celebrant tamen si postea talis recordetur de illo peccato tenetur ipsum confiteri. Et ideo quilibet tenetur anteq̄z ponat se ad celebrandum diligenter examinare conscientiam suam si sit in peccato mortali vel ne et ita precipit beatus Paulus dicens Probet id est examinet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Si autem aliquis existens in peccato mortali de quo non recordatur disponat se ad celebrandum anteq̄z examinaverit aliquo modo conscientiam suam credo q̄ peccat quia est transgressor precepti apostoli iam dicti scilicet illius. Probet autem se ipsum homo etc.

¶ Tercio modo aliquis potest esse in peccato mortali q̄ recordatur se de veritate aliquod peccatum mortale commississe et tunc aut iste habet in presenti copiam sacerdotis seu confessoris aut non. ¶ Si habet copiam confessoris tenetur anteq̄z celebret confiteri et nisi confiteatur peccat mortaliter nec sufficit sibi confessio generalis que fit in principio misse quia illa confessio extendit se solum ad peccata venialia non ad mortalia et maxime ad illa de quibus homo recor-

datur.

¶ Si autem talis non habet copiam confessoris aut sibi imminet necessitas celebrandi aut non. Si imminet sibi necessitas celebrandi puto quia est curatus et est dies dominica vel aliqua dies sollemnis et populus sibi commissus vult audire missam et erit scandalum in populo q̄ iste non celebret vel forte aliquis parochianus suus est infirmus periculose et requirit istam q̄ det sibi corpus Christi et iste non habeat hostiam consecratam quam det sibi vel imminet sibi aliqua necessitas celebrandi legitima: sicut sunt nuptie vel aliqd aliud tale. In istis casibus iste tenetur conteri et penitere de peccato suo etc. in proposito committendi ipsum quando habebit oportunitatem confitendi et dicat missam suam in nomine domini quia Christus qui est summus sacerdos absolvit eum et tamen confiteatur postea quando habet copiam sacerdotis. Si autem isti qui sic ut dictum est existit in peccato mortali non imminet necessitas aliqua legitima celebrandi nullo modo exponat se ad celebrandum quia absq̄ dubio si celebraret mortaliter peccaret. ¶ Sed ponatur q̄ aliquis sacerdos accipiat pecuniam ab aliquo et dicat missam de requiem vel aliquam aliam missam nunquid talis sacerdos habet necessitatem legitimam celebrandi ita q̄ possit celebrare existens in peccato mortali absq̄ hoc q̄ confiteatur quando non habet copiam confessoris. Dico salvo meliori iudicio quantum mihi videtur q̄ nullus sacerdos debet accipere pecuniam pro dicenda missa ita q̄ sit merito sua q̄ missa equiparetur precio pecunie. Tamen quia scdm̄ dicit apostolus. Si spiritualia vobis seminavimus non

est mirum si temporalia vestra meta-
mus. Nō ergo prohibitum quin sa-
cerdos pro sustentatione vite sue nō
pro pretio misse recipiat pecuniam
ab eo pro quo debet celebrare missā
et maxime quando sacerdos non ha-
bet sufficientes redditus pro susten-
tatione vite sue.

¶ Sed nūquid talis receptio pecu-
nie est necessitas legitima celebra-
di excusans istum q̄ existens in pec-
cato mortali posset dicere missā abs
q̄ peccato sine hoc q̄ confiteatur si
nō habet copiam confessoris. Dico
saluo meliori iudicio q̄ iste sacerdos
aut est obligatus ratione beneficii si
bi collati per superiorem vel per illū
qui habet ius patronatus in illo be-
neficio ad dicendū qualibet die mis-
sam: sicut illi qui habent vicarias p̄-
petuas siue capellanas in aliqua ec-
clesia: et de tali idem mihi videtur vi-
cendum sicut dixi supra de curato cū
imminet necessitas celebrandi q̄ si
cōteratur et peniteat de peccato suo
et sit in proposito cōfiteatur et celebret
in nomine domini. tamen confitea-
tur quando occurret sibi confessor.
Aut iste sacerdos recipit pecunias p̄
dicenda aliqua missa singulari sicut
sunt multi illi qui recipiunt pecunias
pro missis rogatis: sicut pro vna vel
pro pluribus de requiem vel de spi-
ritu sancto: de beata Maria: vel de
infirmis et sic de alijs. et de isto dico
q̄ nullo mō existens in peccato mor-
tali anteq̄ confiteatur debet se expo-
nere ad dicendum missam: quia pec-
caret mortaliter in dicendo. nec exi-
stens in tali statu debet recipere pec-
uniam pro dicēda missa statim im-
mo debet se excusare dicendo: Ami-
ce ego non sum bene dispositus pro
nunc ad dicendum missam: sed quā-
do deus voluerit q̄ ero dispositus l-

benter faciā quod petis interm par-
cas mihi: et si alius instanter petat q̄
statim dicat missam si recepit pecu-
niam restituat eā statim et nullo mo-
do exponat se ad celebrandum. Dixi
etiam supra describēdo quis et qua-
lis debet esse minister misse cui non
est prohibitum celebrare: quod dixi
propter aliquos religiosos quibus
scdm statuta religionis sue prohibe-
tur q̄ nō celebrent q̄ diu sunt in ali-
quibus penitentijs pro quibusdam
peccatis preteritis.

¶ Sed nunquid angelus potest esse
minister sacramenti illius: id est nū-
quid angelus potest celebrare vel cō-
secrare? Dicendum q̄ neq̄ angelus
bonus neq̄ malus potest consecra-
re de sua natura: quia non est suscep-
tibilis caracteris sacerdotalis. Lu-
tus ratio est quia caracter sacerdotis
presupponit caracterē baptis-
malem. Unde nullus potest ordina-
ri in sacerdotem nisi sit baptizatus.
Arguunt ergo doctores sic: Nullus
potest suscipere caracterem sacerdo-
talem nisi sit baptizatus: sed ange-
lus nō potest baptizari: quia ille qui
baptizatur oportet q̄ aspergat aqua
angelus autem non potest aspergi
aqua cum nō sit res corporea: quare
angelus nō potest baptizari: et p̄ con-
sequens nō potest in sacerdotē ordi-
nari. Et si dicat q̄ licet angelus non
sit res corporea tū potest assumere
corp̄? sic poterit in illo corpore bap-
tizari: sicut anima rationalis nō est
res corporea et tamen baptizatur in
corpore. Dicendum q̄ non est simi-
le: quia aliter vnitur anima corp̄
et aliter angelus: quia anima vnitur
corp̄ ut forma materie: angelus autē
non vnitur sic: sed solum ut motor
mobili. Et idō anima baptizato cor-
pore baptizat non autē angelus: quia

aita & corpus faciūt vnū suppositum
nō sic angelus cū corp⁹ queſitum af-
ſumit. Et idō cum ſcōz philozophū
ſ pbemio methaphiſice actiōes ſint
ſuppositoꝝ. aīa baptizato corpe ba-
ptizat nō autē angel⁹. & ſic p̄cōſequeſ
aīa p̄e ſuſcipe caracterē ſacerdotales
nō autē angelus. quare angelus non
potēſt conſecrare.

¶ Sed quid ſi angelus p̄ntaret vnā
hoſtiā dicēdo eā eſſe p̄ſecratā. nūqd
illa hoſtia deberet adorari. Dicēdūz
eſt qd ſi angel⁹ malus p̄ntaret eā nō
eſſet adorāda niſi p̄ſtaret p̄ certo qd
eſſet rite p̄ſecratā. Sed ſi angel⁹ bo-
nus p̄ntaret eā eſſet adoranda. Et ra-
tio eſt qd teſte ſaluatore angel⁹ mal⁹
mendax eſt & pater mendacij & p̄e mē-
tiri & ſemp nitiū decipe hoīes quare
nunqz debet ſibi credi. Angelus autē
bonus eſt ſemp verax & veritatis alū-
nus & ſemp nitiū ad hoīs ſaluatiōē
& ideo ſemp debet ſibi credi verū. vt
dicit ap̄l̄s. Angelus malus ſepe trāſ
figurat ſe in angelū lucis. Et ideo ſp̄
hoſtia ab angelo p̄ntata eſt adorāda
ſub p̄ditione ſcilicet ſi ſit vere & rite
conſecratā: niſi p̄ſtaret p̄ certo qd eſ-
ſet angelus malus.

De materia huius ſacri Cap. iij
quarti tractatus prime partis.

¶ Materia ſacramenti miſſe eſt du-
plex: videlicet panis & vinum.
Et ratio quare iſta duo ſunt mate-
ria huius ſacramenti eſt. quia iſtud
ſacramentum ordinatur ad ſpiritua-
lem nutritionem. nunc autem ſicut
nutritio corp̄alis conſiſtit in cibo &
potu corp̄alibus: & panis maxime
habet rationem cibi & vinum habet
rationem potus. ita nutritio ſpiritu-
alis conſiſtit in cibo & potu ſpiritu-
alibus. Et ideo in iſto ſacramento da-

tur corpus Chriſti ſub ſpecie panis
in cibum. & ſanguis Chriſti ſub ſpe-
cie vini in potum. Et ita dicit ipſe
met Chriſtus Johannis. vj. vbi dici-
tur. Caro mea vere eſt cibus & ſan-
guis meus vere eſt potus.

¶ Sciendum autez qd panis qui eſt
materia iſtius ſacramenti eſt de tri-
tico & aqua elementalī conſectus. di-
co panis: quia in paſta nō potēſt cō-
fici corpus Chriſti. Dico etiā de tri-
tico: quia in alio pane vt de ſiligine
vel de ordeo vel de quocūqz alio gra-
no niſi de tritico non potēſt conſecri
corpus Chriſti. Dico etiam aqua ele-
mentalī conſectus: quia eſto qd pa-
nis eſſet de tritico ſi eſſet conſectus
cum alia aqua: puta roſacea vel vi-
no vel lacte vel cuz aliquo alio liquo-
re & ſic de alijs vniuerſaliter niſi eſſz
conſectus aqua ſimplici. Ex tali pa-
ne non poſſet p̄fici corpus xp̄i.

¶ Sciendūz eſt qd ex p̄cepto & vſu
Romane eccleſie que diſponēte do-
mino omnium aliarum eccleſiarum
mater eſt & magiſtra. Et ideo omnes
eccleſie ſibi tanqz matri & magiſtre
debent in omnibus obedire. panis
de quo conſecitur corpus Chriſti de-
bet eſſe azim⁹. quia ſi ex vi ſacramē-
ti in pane fermentato poſſet conſecri
corpus Chriſti: nihilominus qui in
pane fermentato celebraret peccaret
mortaliter & eſſet grauter puniēd⁹.

¶ Notandum etiāz qd vinum quod
eſt materia huius ſacramenti debet
eſſe vinum de vite. quia in alio vino
ſicut malozum granatotum vel mo-
rozum vel pomozum: vel quocūqz
alio vino non potēſt celebrari miſſa
niſi in vino de vite.

¶ Notandum qd in aceto vel in agre-
ſto non potēſt celebrari nec conſecra-
ri. Et intelligo de aceto qd eſt omni-
no aceti⁹. quia in vino aliquantulus

16



acetoso posset bene cōsecrari licet nō deberet qui posset habere aliud vinum. Et ratio est: quia nō sunt eiusdem speciei cum vino cum habeant contrarias virtutes. In musto posset etiam consecrari: tamen credo q̄ melius esset expectare q̄ esset bñ desecatum: cum mustum ratione sue li mositatis vir posset bene euelli quin aliquid de eo remaneret in vase.

¶ Ratio quare ista duo scilicet panis de tritico et vini de vite sunt magis materia istius sacramenti q̄ alia qua alia duo est ista potissima: quia x̄ps instituit hoc sacramentū in ista materia celebrari. si enim in alia materia instituisset illa materia esset propria materia istius sacramenti. S; congruenter x̄ps in ista materia magis instituit istud sacramentum celebrari q̄ in alia: quia effectus corporales panis et vini maxime spiritaliter cōueniunt huic sacramento: panis enim habet corporaliter confortare iuxta illud ps̄. Panis cor hominis confirmat. Vinum etiam habet letificare iuxta illud eiusdem: Vinum letificat cor hominis. Et istud sacramentum digne sumentem spiritaliter confortat ne in via huius mundi deficiat. ideo vocatur viaticum id est viatores confortans et letificans. ideo vocatur eucharistia ab eu quod est bonum et charis quod est gratia: quasi bona gratia que sumentem letificat. Sicut enim panis ex multis granis conficitur: et vinum ex multis racemis confluit: sic et p̄ receptiones corporis et sanguinis christi fideles ad inimicem spiritaliter vniuntur: et ideo vocatur cōmunitio a con quod est simul et vno: quasi simul vno. Ipse etiam christus comparauit se grano frumenti dicens Job̄. xv. ca. Nisi grauum frumenti cadens in terram

et. Comparauit etiam se viti dicens Job̄. xv. ca. Ego sum vitis vera et. et ideo congrue sacramentus corporis et sanguinis christi in pane de tritico et vino de vite celebratur.

¶ Intelligendum etiam q̄ aqua licet nō sit de essentia materie istius sacramenti tamē debet admisceri vino in calice sed in modica quātitate: quia aqua significat populum iuxta illud Hieremie: Aque multe populi multum. Ideo mixtio aque cum vino in calice significat vniōnem spirituaalem christi et populi fidelis que fit in virtute istius sacramenti.

¶ Sed inuicem sacerdos posset in quacūq; quantitate de ista materia consecrari. Dicunt aliqui doctores q̄ nō: sed solum quantum sufficeret sibi et populo sibi cōmissio: quorum ratio est q̄ cum istud sacramentum ordinetur ad vsum fidelium sacerdos nō potest plus consecrari nisi quantum sufficit vsum fidelium. Alij autem doctores dicunt q̄ nō est determinata quantitas ultra quam sacerdos potest consecrari de pane et de vino: imo etiā quantumcūq; quantitate presentaretur sibi panis et vini et in tanta quantitate posset cōsecrari. Cum enim in forma consecrationis ponatur istud pronomen demonstratiuum hic et hec et hoc: oportet q̄ materia cōsecranda obijciatur oculis sacerdotis: vnde dicunt q̄ sacerdos existens in altari nō posset consecrari totum panem qui est in platea: vel totum vinum quod est in cellario: sed totum panem et totum vinum quod sibi offerretur in quantumcūq; quantitate esset posset consecrari. Et ratio est: quia si prima opinio esset vera sequeretur q̄ sacerdos existens in deserto nō posset tot hostias cōsecrari quod posset sacerdos existens in vna magna

ciuitate. nec etiam sacerdos simplex
 posset tot hostias consecrare quot pos
 set sacerdos existens curat. que om
 nia sunt absq; ratione dicta. Et re
 spondent ad rationem aliorum et di
 cunt q; differentia est inter istud sa
 cramentum et alia sacramenta. nam
 essentia aliorum sacramentorum co
 nsistit in dispensatione et vsu materie
 sicut essentia baptismi consistit in af
 fusione aque et prolatione verboru
 forme: et ita est de alijs sacramentis
 sed essentia sacramenti eucharistie
 consistit in consecratione materie et
 no in vsu eius. quia posito q; nunq;
 hostia consecrata sumeretur adhuc
 esset verum sacramentum. Et ideo
 licet sacerdos non debeat consecra
 re nisi tot hostias quot sibi et popu
 lo suo necesse sunt: tamen si consecra
 ret mille milia consecrate essent oes
 ¶ Solet autem ab aliquibus circa
 istam materiam talis questio moue
 ri. Si hic essent tredecim hostie co
 secrate et sacerdos non crederet esse
 nisi duodecim: nunquid ille omnes
 tredecim essent consecrate? Ad hoc
 respondet dominus Berengari⁹ ar
 chiepiscopus Compostellanus ma
 gister in theologia in quodam quo
 libeto suo et dicit q; aut iste sacerdos
 intendit consecrare oes hostias q; sunt
 ante se quotquot sint tñ no credit q;
 sint nisi duodecim: et tñc dicit q; sint
 oes consecrate. Aut intendit p̄cise pse
 crare duodecim et no plures et no de
 terminat que sint ille duodecim. et
 tunc dicit q; nulla est consecrata: q; cū
 quelibet sit consecrabilis et non magis
 ista q; alia: et face dos no determinat
 se magis ad ista q; ad alia. ideo qua
 ratione tu dices q; ista no est consecra
 ta eadē rōne ego dico q; nec illa. sic
 poteris dicere de qualibet. q;re neu
¶ Uiso ergo quot modis sumit istud sacramentuz & que requirunt ad debitam susceptionem eiusdem: videndum est uic qui debent istud sacm sumere. debet enim sumi a ieiunis: vt. vij. q. i. nihil. de pse. di. v. ieiuni. ¶ Notandum vero qd duplex est ieiunium: quia quoddam ieiunium est nature & quoddam ieiunium est ecclesie. Ieiunium nature soluitur per sumptionē cuiuscumq; cibi vel potus. Ieiunium ecclesie soluitur per comestionem cuiuscumq; sumpti in modū cibi vna comestione accepta. Quādo ergo dicit qd istud sacramentuz eucharistie debet sumi a ieiunis: intelligitur a ieiunis nature: quia primo debet intrare in os christiani iste sanctissimus cibus qz quicūq; alius cibus ita qd quicūq; sumit istum cibū sacrosanctum nihil ante sumpserit illa die per modum cibi vel potus. verū tamen quia necessitas nō habet legem & infirmis nō est lex posita. in firmi & illi qui sunt i infirmitate constituti nō sunt obligati ad hoc: quia quacūq; hora siue de die siue de nocte siue post prandium siue ante possūt qñ eis necesse fuerit sumere istud sacramentum.

¶ Sed quid si aliquis sacerdos vel alius qui debet cōmunicare de mane lauet sibi os & transglutit aliquid de aqua nūquid impedit suscepio istius sacramenti? Dico qd an sumptionem istius sacramenti decens est vt quilibet & spiritualiter & corpora-

liter munde quantuz potest: & ideo lauare os ante susceptionem istius sacramenti approbo & laudo ita tamē qd caueatur ne aliquid de aqua transglutiat scilicet. Verū tamen si aliqd transglutiat sed nō in magna & notabili quantitate: tamen transglutiat cum salua & p modum saline nō credo qd impediatur susceptiones istius sacramenti.

¶ Sed ponat qd aliquis de nocte comederet anisum vel feniculi vel aliquid aliud de reliquijs remāserit inter dentes & cum abluit os transglutit aliquid de hoc quod remansit inter dentes nūquid impedit ad sumptionem huius sacramenti? Dico qd nō ex quo scilicet nō facit sed transglutit in modū saluē.

¶ Istud sacramentum nō debet sumi ab illo qui nō habet usum rationis: vnde nō debet dari pueris ante qz perueniant ad annos discretōis: sicut habet extra de pe. & re. omnis vtriusq; sex? quia ante istud tēpus nesciunt discernere inter istū cibum & cibum corporalem & sic nō exhibēt reuerentiam tanto sacramento debitam. Eadem ratione istud sacramentum nō est dandum amentibus & furiosis. Distinguendum tamen est de istis: quia aut tales fuerunt furiosi a natiuitate ita qd nūqz habuerūt vsū rationis: & tunc credo qd talibus nō debeat dari: quia istud sacramentuz requirit actuale deuotionē in suscipiente & tales nō habuerūt vel nō possunt habere eā. Aut tales aliquoties habuerunt vsum rationis: sed amiserunt ipsum propter aliqua lucida intervalla si petāt cum deuotione istud sacm & velint reuerenter recipere debet eis dari: ita tamē qd tēpore furie nullo modo eis detur ppter causam iam dictam.

Ex. 1.

aliquis sacerdos

¶ Freneticis etiam nō debet dari isto sacramentum: maxime si timeat de irreuerentia ad sacramentum: sicut de expulsione de aliquo tali. Loquor de freneticis in quibus legatus est omnino r̄sus rationis.

¶ Demoniacis etiam si cum reuerētia ⁊ deuotione peterent credo q̄ de beret dari: cum tales habent vsuz rationis ⁊ actualement deuotionem ad sacramentum ⁊ credo q̄ tantam deuotionem possent habere ad sacramentum q̄ virtute istius sacramēti a demōnio liberarentur.

¶ Leprosis etiam nō debet dari hoc sacramentum: quod intelligo de leprosis sic infectis q̄ nō possint corpus dñicum sic tractare quin reijcerent ipsum. sicut multi quibus ceciderunt labia ⁊ dentes ⁊ sunt totaliter corrosi vsq̄ ad guttur. sicut legit̄ de quodam monacho cisterciensi in vita sancti Ludouici quondam regis francie. cui qñ ponebat bolus in ore cadebat sibi bolus de ore. ⁊ tali sic leproso nō debet dari corpus xpi. alijs aut̄ leprosis potest dari.

¶ Sacerdos aut̄ leprosus nō debet celebrare in p̄sentia populi sed si ad partem vel in secreto vellet posset celebrare. Et ita intelligo illa capla extra de clerico egrotante de rectorib⁹ ⁊ tua nos. Hug. etiam dicit q̄ sacerdos leprosus posset etiam celebrare alijs leprosis.

¶ Damnatis etiam ad mortem pro crimini bus suis nisi de gratia speciali nō dat̄ corpus xpi: sicut illis qui suspendunt̄ vel cōburuntur vel submergunt̄ vel decollant̄ vel quomodo lib⁹ de quo habetur in cle. de peni. ⁊ remis.

¶ Illis aut̄ qui p̄ crimine heresico burunt̄ si cum deuotione ⁊ humilitate ⁊ reuerentia petant debet dari

eis corp⁹ xpi. sicut habetur extra de hereticis. c. super eodem. li. vi.

¶ Sed nunquid existens in peccato mortali dandum est corpus xpi? Dicendum est: q̄ aut peccatum est notorium aut occultum. Si est notorium: puto notorius vsurari⁹ v̄l notorius cōcubinari⁹ vel alias notorius peccator ⁊ nō desistat ⁊ sed⁹ statuta ecclesie p̄digne peniteat nō est sibi dandi corpus xpi quantumq̄ petat. immo sibi dicendum est. amice nō est bonum sumere panem filiorum ⁊ mittere canibus. Si aut̄ peccatum est occultus: aut iste petit corpus xpi tempore quo tenet̄ communicare: puto tempore generalis communionis: vel quia est infirm⁹: ⁊ sic de alijs casibus in quibus tenet̄ qui libet communicare. aut petit alio tempore. Si petit alio tempore quantumq̄ petat in publico nō tenet̄ sacerdos dare ipsum sibi sed debet dicere sibi. Amice non est temp⁹ modo communicandi ⁊ ideo nō do tibi corpus xpi in modo sed expecta temp⁹ statutum. Si autem petat tempore statuto quo tenet̄ communicare tunc aut iste petit corpus christi in publico aut in secreto. Si in secreto petit nō est sibi dandum immo est monēdus ne petat in publico sibi dari corpus xpi. Sed si talis sit pertinax in malitia sua petit in publico sibi dari corpus xpi sacerdos debet sibi dare ipsum. quia nō debet eum prodere. nec aliq̄s debet priuari iure suo quousq̄ fuerit declaratum ipsum amisisse ius illud. Et ideo cum quilibet parrochianus habeat ius petēdi corpus xpi a suo curato ⁊ curatus sit obligatus ad dandum isto tempore corpus xpi parrochianis suis ⁊ nullus fidelis priuet̄ isto iure nisi per peccatum mortale nec debet priuari isto

*notorius peccator
v̄l e dāda
communis*

*✓ In
fuerit
q̄d*

*Yh
25*

quid dicit de magis ⁊ p

sure quousq; sit notozius ipsuz pec-
catum mortale commississe. Et ideo
quanticumq; sacerdos sciat subditū
suz esse in peccato mortali nisi pec-
catum sit notorium nō debet sibi de-
negare corpus xpi si tempore statu-
to ⁊ in publico petit ipsum sibi da-
ri. Et ita legitur fecisse beatus Ber-
nardus: quia cum quadaz die cōmu-
nicaret monachos suos quidaz quē
sciebat beatus Bernardus esse i pec-
cato mortali cum alijs accessit ad cō-
munionem ⁊ beatus Bernardus de-
dit sibi corpus xpi: dicendo submissa
voce iudicet dominus inter te ⁊ me:
quasi vellet dicere: dominus scit q tu
indigne accedis ⁊ ego nō possum tibi
denegare ⁊ ipse iudicet inter te et
me. Et statim ille miser sumpto cor-
pore xpi cecidit mortuus. Et ideo q
libet caueat sibi ne indigne accedat:
non enim noceret sacerdoti sed sibi
ipsi ⁊ sacerdotes bene facerēt si istud
exemplum ⁊ similia frequenter suis
subditis nūciarent.

Sed nūquid suspectis de crimine
debet dari istud sacramentum? Di-
cendum q triplex est suspitio: Quia
quedam est violenta: quedam proba-
bilis: quedam leuis.

Suspitio violenta est illa contra
quam nō admittit probatio: sicut si
aliquis inuenitur cū aliqua in lecto
solus cum solamudus cum nuda lo-
co ⁊ tēpore ad hoc statutis nec etate
nec parētela: nec aliquo alio obstan-
tibus esset violenta suspitio vel pre-
sumptio q cognouisset eaz ita q nō
admitteret pbatio in contrariū.

Probabilis suspitio est illa que
oritur ex aliquibus signis probabili-
bus: sicut si aliquis inueniretur cum
aliqua frequēter loquēs in locis su-
spectis esset pbabilis suspitio q ali-
quid male agerent.

Leuis suspitio que oritur ex fatua
⁊ inordinata suspitione alicuius: et
ista dicitur leuis id est fatua suspi-
tio: sicut si videret aliquem bonū vi-
rum aliquam bonam iuenculaz sa-
lutantem vel sibi arridentem non in
loco vel in tempore suspectis fatuus
esset me presumere q male agerent
⁊ de tali dicit Salomō: Qui cito cre-
dit leuis est corde.

Quando ergo queritur vtrum su-
spectis de aliquo crimine debet da-
ri corp⁹ xpi: Dico q si de aliquo ha-
beat suspitio violenta de aliquo cri-
mine notorio q tali debet denegari
corpus xpi: verbi gratia: de aliquo
habetur suspitio violenta q sit noto-
rie hereticus vel usurarius vel con-
cubinarus ⁊ sic de alijs. Dico q au-
teq; detur sibi corpus Christi debet
se purgare de huiusmodi crimine vt
habet extra de purga. ca. iij. Si autē
habeatur de eo solummodo suspitio
probabilis non debet sibi denegari
corpus xpi quousq; sit probatū con-
tra ipsum: licet si notorie haberetur
talis suspitio contra eū esset monen-
dus q purgaret se anq; accederz ad
cōmunicandum ⁊ si abstineret bene
faceret. Si autem perseveranter in-
staret ⁊ negaret crimen de quo pro-
babiliter presumeretur contra eum
non credo q ante probationem esset
priuāduz sure suo quod habet in pe-
tendo ⁊ accipiēdo corpus xpi: prefer-
tim cum res sua agatur. ⁊ si indigne
accipit nocet sibi ⁊ non alijs: tamen
credo q sacerdos potest ⁊ debet vi-
cere sibi ad terrores aliqua verba cō-
minatoria dicendo si digne accipis
proficiat tibi ad salutem corporis ⁊
anime: si indigne iudicet dominus
inter te ⁊ me.

Si autē leuis suspitio habeatur
contra aliquem de quocūq; crimine

De indig
suspicio

suspicio

probabilis

propter talem suspicionē cū sit leuis
 & facta in nullo debet agi. p̄tra eū in
 speciali in generali tñ effz bonū si sa
 cerdos diceret aliqua verba, ostēden
 do q̄ nullus debet presumi esse ma
 lus nisi p̄stet pro certo: q̄ multi ma
 la loquunt̄. & q̄ quilibz debet se pur
 gare & quo ad deum & quo ad p̄ori
 mum anteq̄z accedat ad istud sacra
 mentum.

¶ Sed nunquid excommunicat̄ de
 bet dari istud sacm̄. Dico q̄ nō: ga
 q̄d̄iu sunt excommunicati diuisi sunt
 a p̄ceptione sacroz & communione
 fidelium.

¶ Sed si aliquis excommunicat̄ est i
 periculo mortis & petit sibi corpus
 xp̄i dari. Dico aut q̄ iste est excommu
 nicatus a canone siue a iure siue a iu
 dice. Si sit excommunicatus a canone
 siue a iure sacerdos debet eū absolue
 re si petat humiliter absolutionē. ga
 in periculo mortis sacerdos simplex
 potest absolvere a quacunqz senten
 tia excommunicationis lata a canone
 etiam si absolutio esset sedi apostoli
 ce reseruata. Debet tamen in quocū
 qz casu absolui sub ista forma. q̄ si
 dominus p̄stet sibi vitaz q̄ statum
 & tancito q̄scito commode poterit
 vadat ad eū qui eum absolvere p̄t.
 mandatum illius super illis pro qui
 bus fuerit excommunicatus humi
 liter recepturus & si non faciat stati
 relabitur in eandem sententiam ex
 communicationis ipso iure. vt ha
 betur de sententia excommunicationis.
 c. eos qui. li. vj. Si autem est ex
 communicat̄ a iudice aut est p̄ p̄tu
 matia tñ. aut pro aliquo debito vel
 quocūqz alio mō oꝝ absolui si petat
 humiliter absolutionē: ita tñ q̄ det pi
 gnoza v̄l cautionē idoneā q̄ parebit
 id est obediet mandatis ecclesie & sa
 tisfaciet passis iniuriā. & si nequit

dare p̄gnoza vel cautionē iuret q̄ sa
 tisfaciet q̄scito poterit.

¶ Sed si aliquis existens in peccato
 mortali v̄l excommunicatus existēs in peri
 culo mortis mittit p̄ sacerdote vt cō
 fessionem eius audiat & det sibi cor
 pus xp̄i & anteq̄z sacerdos, veniat ad
 eum amittit loquelam nunquid de
 bet sibi dari corpus chusti. Dico q̄
 si intelligit aliquid monendus est. si
 non potest loqui & ostendit aliqua si
 gna contritionis. sicut q̄ coniunctas
 manus eleuet ad deum & percuciet
 pect̄ & per aliqua signa ostendat se
 petere absolutionem a peccatis et a
 sententia excommunicationis & pa
 rentes & amici eius debent loco & vi
 ce eius promittere & fideiubere vel
 dare p̄gnus si possunt q̄ si dominus
 p̄stet sibi vitam presentabit se con
 spectui eius qui eum absolvere p̄t
 mandatum eius humiliter receptu
 rus & sic debet absolui & communi
 cari. Si autem nihil intelligit s̄ cō
 stet & p̄bati potest q̄ signa p̄tritiōis
 & p̄nie p̄fesserit oꝝ absolui & cōicari
 nihil intelligit sed constat & probat̄
 receptis tamen primo cautionibus
 vel p̄gnoꝝibus vel iuramento a pa
 rentibus vel ab amicis per modum
 qui dicitur est supra.

¶ De ritu misse Cap. x. quarti tra
 tatus prime partis.

Quomodo honeste & sc̄oꝝ ordi
 nē oīa fiāt. verbū est apli infor
 mantis & instituentis nos quomo
 do ordinare & honeste opera nostra
 & maxime illa que ad cultum dei per
 tinent faciamus inter que missa est
 principapalior. Si ergo in alijs no
 stris operibus honeste & ordinate
 nos habere debem⁹ multo magis in
 missa.

quo ad
 p̄m

¶ Dicendum est ergo nunc de ritu misse id est de modo quo debet dici missa.

¶ Sciendum est ergo quod sacerdos armis spiritualibus armatus id est sacris vestibus de quibus supra dictum est indutus debet procedere ad altare. Et quia ut dicit Salomon: Sapienter in principio sermonis accusator est sui ipsius: ideo primo debet accusare seipsum sacerdos in confessione faciendo confessionem generales que valet ad remissionem peccatorum venialium et mortalium oblitorum. Sed de mortalibus de quibus recordatur debet antequam induat se vel antequam accedat ad altare sacramentaliter confiteri: facta confessione procedat ad missam.

¶ Notandum autem quare istud sacramentum vocatur missa. Secundum Augustinum missa dicitur dum istud sacramentum conficitur mittitur celestis missus. Et secundum quod exponit Innocentius iste celestis missus est magister consilii angelus. et mittitur iste ad consecrandum et iste est sacerdos invisibilis qui principaliter confecerat et conficit hoc sacramentum ubique conficiatur. Unde ipse est sacerdos et sacrificium ut dicitur ab Augustino.

¶ Aliam rationem assignat Hugo dicens quod ipsa hostia potest vocari missa: quia transmissa est primo a patre ut esset nobiscum postea a nobis patri intercedat.

¶ Sciendum quod missa in tribus linguis celebratur: scilicet hebraica: greca et latina. Nam Alleluia Amen osanna sabaoth sumuntur de hebraica: kyrieleyson christeleyson sumuntur de greca: reliqua omnia sunt latina.

¶ Dicitur autem missa in istis tribus linguis: quia titulus christi in cruce

pendentis fuit scriptus hebraice grece et latine.

¶ Dividitur autem missa in quatuor partes: scilicet obsecrationes: orationes: postulationes et gratiarum actiones.

¶ Prima pars protendit a principio usque ad offertorium.

¶ Secunda pars protendit ab offertorio usque ad finem orationis dominice: scilicet pater noster.

¶ Tertia pars protendit usque ad communicationem.

¶ Quarta pars protenditur usque ad finem.

¶ Prima pars continet in se decem vel undecim partes. Nam primo dicitur introitus: et dicitur introitus quia tunc primo sacerdos ministraturus ad altare debet intrare.

¶ Et sciendum quod antiquitus loco introitus dicebatur totus unus psalmus et cantabatur a clero circa gradus altaris: et ideo vocatur graduale. Sed Hieronymus ex mandato Damiani papae ecclesiasticum officium per maiorem parte preter cantum instituit et ordinavit introitus diversos secundum diversitatem festorum et dierum: et de illo psalmo qui loco introitus cantabatur accepit unum versum.

¶ Et est sciendum quod in presentibus diebus introitus bis cantatur ad significandum quod in christo sunt due nature: humana scilicet et divina. In solennitatibus dicitur ter ad designandum tria tempora: scilicet tempus quod fuit ante legem et tempus sub lege et tempus gratie. Unde duabus primis vicibus dicitur submissa: quia in primis duobus temporibus non aperte nec clare loquebantur homines de christo. Tertia autem vice dicitur alte: quia in tertio tempore in omnem terram eriunt sonus evangelij.

¶ Post introitū sequit̄ kyrieleyson
Christeleyson. kyrieleyson: idē ē qđ
dñe miserere. Christeleyson: idē ē qđ
xp̄e miserere. Et dicit̄ ter p̄pter pa-
trem ⁊ filium ⁊ spiritū sanctū. Et dicit̄
nomies p̄pter nouem ordines ange-
lorum quibus virtute misse associa-
ri petimus.

¶ In diebus solennibus post kyrie-
leyson cantatur hymnus angelicus:
scilicet gloria in excelsis deo. quem
hymnum in natiuitate Christi ange-
li cantauerunt vsq; ibi. Bone volū-
tatis. Reliqua omnia scilicet. Lau-
damus te etc. que sequuntur beatus
Hylarius. Dictauiensis episcopus
composuit ⁊ ad missam cantari in-
stituit. Et debet cantari iste hymnus
in festis apostolorum: martyrum cō-
fessorum quorum honore dedicata
est ecclesia. ⁊ festiuitatib; bñe Marie
Sed quando in diebus profectis cā-
tatur missa de beata Maria virgine
vel de spū sancto vel de quocūq; alio
sancto nō debet in ea hymnus ange-
licus vel simbolus decantari licet in
missa pp̄ria prefatio decantetur. Et
ratio est vt dicit̄ de cele. mis. c. confi-
lium. vt inter commemorationem ⁊
solennitates ostendat̄ differentia.

¶ In sabbato aut̄ quando cantat̄ de
beata Maria virgine credo qđ dicit̄
ei. Gloria in excelsis deo qđ illa dies
est specialiter dedicata beate Marie
virgini p̄pter multa que nō oportet
hic dici.

¶ Dicto hymno angelico sacerdos
cōuersus ad populū salutat ipm di-
cendo. Dñs vobiscū. Que salutatio
sumpta fuit ex veteri testamento scz
de libro Ruth; qñ dixit messibus
Booz. Dñs vobiscū.

¶ Sciendū tñ qđ ep̄s loco Dñs vobi-
scū dicit̄. Pax vobis qđ ep̄s repre-
sentat personam xp̄i qui quando sa-

lutabat discipulos dicebat. Pax vo-
bis.

¶ Et sciendū qđ in ecclesia q̄uis nō
sit nisi vnus semper tamen sacerdos
debet dicere. Dñs vobiscū qđ tote ec-
clesie loquit̄. Et respondet. Et cum
sp̄itu tuo. que responsio fuit sūpta
ab apostolo in epistola ad Thimo-
theum.

¶ Post salutationē ⁊ responsionem
subiungit sacerdos. Oremus: loquēs
quasi iudicis in p̄sona toti? popu-
li: ⁊ dicto oremus dicit̄ orōnē: ⁊ ista
orō vocatur collecta. quia olim sacer-
dos vel episcopus omni populo col-
lecto dicebat istam orationē. Quia
vero temporibus nostris non possi-
mus populū ita colligere dicimus
orationē que generali ⁊ antiquo vo-
cabulo retento vocat̄ collecta.

¶ Et sciendum qđ orationes in missa
debent dici sub certo numero; videli-
cet qđ dicatur vna vel tres vel quinq;
vel septem. Quando dicitur vna si-
gnificat vnitatem essentie que est in
tribus personis. Quando dicuntur
tres significat trinitatem personarū
nam prima significat personam pa-
tris. secunda personam filij. tertia p̄-
sonam sp̄itus sancti. Vel dicuntur
tres quia Christus in passione suas
cuius sacramentum istud est memo-
rale ter legitur orasse. Primo quan-
do orauit vt transiret ab eo hora pas-
sionis. Secundo quando dixit. Pa-
ter ignosce illis quia nesciunt quid
faciunt. Tercio quando dixit. Pa-
ter in manus tuas commendo sp̄i-
tum meum.

¶ Quando dicunt̄ quinq; orōnes si-
gnificat memoriam quinq; vulnerū
Christi.

¶ Septem vero dicuntur ad vno-
randū qđ sacerdos si digne dicat mis-
sam exauditur pro oib; septē petiti-

omnibus que in oratione dominica continentur. vel ad significandum quod peccat septem dona spiritus sancti sibi et alijs pro quibus dicit missam virtute misse infundi. Et ut dicit magister Joannes Belleti non debent dici ultra septem.

Et est sciendum quod quando dicitur missa pro viuis non debet dici aliqua collecta pro defunctis: nec e converso in missa pro defunctis non debet dici oratio pro viuis nisi illa communis scilicet Omnipotens sempiterna deus qui viuorum dominus etc.

Si autem in missa pro viuis in aliquo casu dicatur collecta pro mortuis illa collecta non debet dici vltima pro mortuis sed penultima vel antepenultima: quia finis debet reddere originem: et dictis collectis respondetur amen ad confirmationem.

Collectis finitis dicitur epistola que dicitur ad populi informationem. Et dicit epistola ab episcopo quod est scripta et solon quod est missio quasi scripta missa: quia epistole fuerunt misse euangelistis.

Et nota quod nullus debet dicere epistolam in missa nisi fuerit subdiaconus. Unde melius est quod sacerdos legat eam quam puer qui iuuat eum ad missam. Post epistolam dicitur responsorium. et sic nominatur quia vsui suo vel epistole respondere debet. Clericus vero dicitur a vertendo: quia illi qui dicunt ipsius debent se vertere ad orientem.

Postea dicitur Alleluia cum versu suo: quod idem est quod canticum leticie. Unde tempore ieiuniorum quod est tempus luctus non debet dici alleluia: nec eadem ratione in missa pro mortuis.

In magnis sollempnitatibus post alleluia debet dici sequentia: id est pro

sa que etiam est canticum leticie et significat ista duo leticiam et gloriam paradisi ad quam virtute misse inde venire speramus.

Post hoc immediate dicitur euangelium: et in principio qui legit euangelium salutat populum ut reddat eum attentum ad audiendum euangelium. Dicitur autem euangelium ab eo quod est bonum et angelus quod est nuntius quasi bonus nuntius: quia in euangelio annunciat christus qui est magni consilij angelus. vel quia in eo annunciantur omnia que pertinent ad salutem nostram.

Et nota quod quando euangelium sumitur de principio debet dici: Initium sancti euangelij: sicut in euangelio Liber generationis: et in euangelio sunt in diebus Herodis regis. et in euangelio In principio erat verbum. Quod vero euangelium non sumitur de principio debet dici: Sequentia sancti euangelij etc. Et est sensus: verba sequentia sunt verba sancti euangelij.

Notandum quod dicto titulo euangelij debet responderi: gloria tibi domine: quia in euangelio agitur de gloria dei et nostra: qualiter videlicet christus diabolum vicit et nos redemit et victor ad gloriam patris ascendit. Et ideo auditores euangelij letantes ad laudem sui redemptoris exclamant dicentes: gloria tibi domine: quasi dicant domine gloria tua que in euangelio predicatur nobiscum sine fine pertineat et semper crescat.

Notandum est quod quando legitur euangelium duo cerei debent incendi in signum quod dominus misit discipulos binos et binos ante faciem suam predicare euangelium.

Illud ergo est notandum quod tam cito quam cito dicitur Sequentia vel Initium sancti euangelij. secundum quod est su-

Sum
Coxel

pra dictū. tunc tam clericus q̄ laicus tā p̄ferens q̄ audiens debent se munire signo crucis ⁊ in ore ⁊ in pectore ⁊ in fronte. In fronte quia frons est locus verecundie. unde hoies in uerecundos effrontes id est sine frōtibus apdellamus.

¶ Per hoc ergo q̄ frōtri signū crucis imponim⁹ significam⁹ q̄ nō erubescim⁹ credere in xpm crucifixū ⁊ euz verū deū ⁊ verū hominēz p̄fiteri.

¶ In hoc autē q̄ os ⁊ pect⁹ signam⁹ ostendimus q̄ audacter simpliciter confiteri ore ⁊ fideliter ⁊ firmiter credere corde xpm crucifixum cuius liber legitur deum ⁊ dominum n̄m esse.

¶ Sacerdos itaqz ⁊ dyaconus euāgelii lecturus se signat in fronte: in ore ⁊ in pectore quasi dicat nō erubescō euāgelii ipsū ore predicare et corde credere.

¶ Librū autē signat ac si dicat. hic autem est liber crucifixi.

¶ Dum autē dicit euāgelium cūcti deponant velamina capitum propter duo.

¶ Primo ad ostendendū q̄ euāgelica doctrina oīa velamina legis antiquę remouit.

¶ Secūdo ad significandū q̄ oēs quibz sensus debet esse aperti ad audiēdum euāgelii.

¶ Et sciendū est q̄ ille qui dicit euāgelii debet habere faciē ad aquilonē in signum q̄ virtute euāgelij debemus nos munire p̄ra insidias diaboli que veniunt ab aquilone. q̄a vt dicit Jeremias. Ab aquilone pandetur omne malum.

¶ Finito etiā euāgelio quilibet debet se munire signo crucis p̄ra diaboli ne rapiat euāgelii de corde ei.

¶ Post euāgelii imediate sequit̄ symbolū fidei scz credo in vnum deū

quod non debet dici nisi in diebus solennibus: non tamen in oībus sed solum in illis de quibus fit mentio in simbolo.

¶ Unde debet dici in omnibus diebus dominicis ⁊ in festo trinitatis. ⁊ in natali ⁊ in circumcissione ⁊ i ephphana ⁊ in pasca ⁊ in ascensione et in penthecoste. in festo omniuz sanctorum: in transfiguratione domini ⁊ in festis beate Marie virginis et omnium apostolorum ⁊ sancte crucis. In alijs autem solennitatibus non debet dici.

¶ Dicto autem simbolo sequitur offerentiarum: quod dicitur ab offerendo quia tunc offerimus ea que sunt necessaria ad missam scilicet panem vinū ⁊ aquam: ⁊ sacerdos offert ista deo dicendo. Suscipe sancta trinitas hęc ⁊ facit signum crucis super panem ⁊ vinū ad hoc vt de ea sanctificet.

¶ Et nota q̄ sacerdos b̄fidicit aquā ⁊ nō vinū: quia aqua significat populi qui indiget benedictione dei: vinū significat xpm qui ē sup oīa benedictus. ⁊ in hoc terminat̄ prima pars misse que est ad populi instructionem ⁊ preparationem ad tantuz sacramentum.

¶ Sequit̄ scda pars misse que ē ad materie p̄secrationē. Et ista habet quatuor partes. Prima dicit̄ secreta. Secūda p̄fatio. Tertia canon. Quarta dñica oratio.

¶ Recepta ergo oblatione sacerdos sibi lauat manus ⁊ rediēs ad altare inclinat se p̄funde dicens. In spiritu humilitatis hęc.

¶ Morandū q̄ p mundiciā ⁊ innocentiam vite ⁊ humilitatē ⁊ p̄tritionem cordis efficit̄ quis dignus minister hui⁹ sacri. Et erigēs se vertit ad populi dicēs. Orate frēs hęc. Et ideo illi

qui audiunt debent orare pro eo dicendo illud psal. Exaudi te dñs in die tribulationis rē. Uel dicat Dominus sit in ore tuo et in corde tuo et suscipiat sacrificiū de manibus tuis et de ore tuo p tuo et nostra omniumqz salute. Tunc sacerdos dicit sub silentio secretas.

Et sciendum qd totidem secreta et eodem ordine et de eisdē debent dici quot collecte precesserūt ante in exordio missę ante epistolam et nō plures nec pauciores. Et dicitur secreta quā secreta pronuntiat cum tamen olim alta voce diceret etiā. unde ab omnibus laicis sciebat scdm qnarrat magister Joannes Belleti in summa sua.

Contigit

Contigit semel qd quadam die pastores quidam super lapidem quemdam ponerent panem et dicerent secretam et alia verba canonis super panem eorum qui ad verborum eorum prolationem panis in carnem conuersus est: in quos diuinitus acerrius vindicta facta fuit: nāqz omnes ictu fulminis mortui sunt. Et ideo statutum fuit vt de cetero ista sub silentio dicerentur ita qnesciantur a laicis. Alia ratio est: ne vilescant: sicut sacra scriptura tradita ē obscure ne vilescat.

Postea sacerdos dicit: per omnia secula seculorū: et responso Amen sacerdos nō vertens se ad populū salutat ipsum dicendo: Dñs vobiscum. de qua salutatione et eius respnsione dictum est supra. Et in isto sacramento requirit magna eleuatio mentis ad deum: ideo sacerdos dicit: sursum corda. quasi dicat habete sursum corda eleuata: iuxta verbum apostoli dicentis: Que sursum sunt querite. et populus quasi obediens dicit: habemus ad dominū: scz corda ele-

uata ad dominū. Et quia pro omnibus que nobis deus cōtulit gratias reddere debemus subiungit sacerdos Gratiarū agam? domino deo nostro et populus quasi consentiēs respondet: dignum et iustum est.

Postea sequit̄ p̄fatio: et dicitur quāsi p̄locutio id est ad ministeriū preparatio: id est qd in p̄fatione nominant̄ aliqui angelorū ordines: quia in missa angelos esse p̄sentes credamus et etiam assistere sacerdoti.

Dicta p̄fatione subiungitur cantus angelorum. scilicet Sanctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth. i. exercituum rē. Osanna idē est qd obsecro salua. Et dicitur ter sanctus ad deuotaudum trinitatem p̄sonarū: quia dicit̄ primo sanctus pro persona patris. secundo pro persona filij. tertio p̄ persona spiritus sancti. Et dicitur dñs deus in singulari ad ostendendum qd vna est essentia in tribus personis. et sumit̄ istud de Isaiā: Isaias enim dicit se vidisse seraphim clamātia sanctus sanctus sanctus. Unde nos cantica angelorum cantamus: quia per hoc sacrificiū homines assumunt ad angelorū ordines nō dubitamus: et ideo cum eis in excelsis saluari clamamus.

Postea dicit̄ alius versus: scilicet Benedictus qui venit rē. qd versus sumit̄ de euāgelio Math. xxj. Luce. ix. qd est liber crucifixi. Et in isto versu significam̄ xpm in mūdū venisse et ab eo saluari clamamus.

Postea dicitur canon et incipit canon in Te igitur: et durat vsque ad par domini. Et dicit̄ canon quod ē nomen grecū et vult dicere in latino regula: et ideo canon id est regula: quia p̄ huiusmodi verba regularit̄ fit huiusmodi sacramenti consecratio: vel quia celebrans in omnibus debet se

regulariter habere. Et totus quisque dicitur in isto canone excepto pater noster totum dicit sub silentio. Et causa est triplex. Prima est quod deus non attendit clamorem oris sed cordis. Unde dicit beatus Bernardus. Non clamor sed amor intrat in aure dei. Secunda causa est ne minister qui cum summa deuotione et reuerentia et relectione mentis debet dicere et proferre omnia verba canonis ne longo clamore deficiat vel impediatur a sua deuotione. Tertia causa est ne per frequentem et quotidianum usum verba vilescant et in locum impotentibus dicantur et sic fiant in ruinam ut dixi supra de pastoribus.

In quodam enim decreto prohibetur sub anathemate ut nullus nisi sacris vestibus indutus et in libro et super altare consecratus proferat verba canonis. Et ideo quod vir pollutus labijs ego sum et ista sacratissima verba sunt archane que non licet homini loqui peccatori de ipsis taceo. hoc tamen bene dico quod nulli propria auctoritate nisi domino papa licet aliquid subtrahere de eis vel addere.

Notandum tamen est quod canon signanter incipit per istam litteram. *L. q.* antiquitus fiebat ad modum crucis quoniam sacrificium quod fit virtute istorum verborum perficitur et est memoratiuum dominice passionis. Unde ipse quando instituit istud sacramentum dixit. *Hoc facite in meam commemorationem.* Est quoniam ista verba habent efficaciam a passionem christi. Unde imago christi debet ibi depingi in istis sacratissimis verbis fit oratio generalis pro ecclesia sancta catholica et pro papa qui est caput ecclesie et pro episcopo. et credo quod debet intelligi de episcopo in cuius diocesi dicitur missa. et de episcopo

potest etiam qui ordinavit celebrantem orat etiam pro rege qui est deus temporalis. Orat etiam pro omnibus orthodoxis id est christianis catholicis et apostolice fidei cultoribus que verba exponuntur in tertia parte operis huius quando agitur de credo in deum sed per ista verba excluditur scismatici. heretici. iudei. sarraceni et pagani.

Iste igitur fit ordo specialis per illis quibus obligatus est sacerdos: et credo quod sicut eis est obligatus ex ordine caritatis ita tenentur eos ordinarum ita quod primo ponit illum cui primo est obligatus et sic de alijs: ita tamen quod si specialiter dicitur est missam pro aliquo quod virtutes sacrificij referat ad ipsum et non propter hoc excluditur quin possit et debeat orare pro alijs.

Est tamen circa istam orationem aduertendum quod debet esse mentalis et non vocalis. Et ratio potest assignari quo ad nunc duplex. Prima ut sacerdos sit magis recollectus et attentus quod sermo aliquotiens impedit intentionem. Secunda ad ostendendum quod deus non attendit clamorem oris sed cordis ut dictum est.

Notandum etiam quod nullus fidelis cuius occurrat memoria debet excludi ab ista oratione: immo quilibet cui specialiter occurrit memoria est specialiter deo commendandus aliter sacerdos peccaret.

Notandum etiam quod sacerdos antequam dicat missam potest facere istam orationem. Unde si sacerdos antequam dicat missam dicat mentaliter deo. *Deus deus in missa* intendo tibi recommedare istum vel istam: postea in missa sufficit quod dicat mentaliter illorum quos ante tibi recommedauit. Iste igitur notant multi sancti et sancte qui omnes pro christo sacrificauerunt exponendo se morti

Et ista quo ad nunc sufficiant quan-
tum ad verba canonis.

¶ Sed est sciendum aliqua de signis
que sunt in canone. Unde sciendum est
quod secundum quod dicit dominus Innocentius in li-
bro secundo crucis: signatōes que sunt in
missa sunt. xxv. et sunt in septē vicibus
et significāt expresse passionē xp̄i.

¶ Prima vice sunt tres dicendo illa
verba: Hec dona hec munera etc. et si-
gnificāt trinā traditionē xp̄i. Nam pri-
mo fuit traditus a deo patri qui eū
in mundū misit. Secundo a Juda prodito-
re qui eū prodidit et vendidit. Tertio a
iudeis qui eū ad crucifigendum tradiderunt.

¶ In secunda vice sunt quinque cruces
dicendo illa verba: Benedicta asseri-
ptam etc. et significāt quinque personas
que fuerunt in passione xp̄i: v. persona
xp̄i venditi. persona Jude vendentis: et
personarum timentium que fuerunt tres: scilicet
Pontifex: pharisæi et scribe.

¶ In tertia vice sunt due dicendo il-
lud verbum: Benedixit. quod verbum dicitur
primo super panem: secundo super vinum.
Et sunt iste due cruces propter conver-
sionē duplicem materie. scilicet panis et vini.

¶ In quarta vice sunt quinque dice-
do: Hostiam puram hostiam sanctam
etc. et significāt quinque vulnera que
xp̄s protulit in cruce.

¶ In quinta sunt due: una super cor-
pus xp̄i: alia super sanguinē dicēdo
illa verba: Sacrosantum filii tui cor-
pus etc. et significāt vincula quibus
xp̄s fuit ligatus et flagella quibus fuit
flagellatus.

¶ In sexta sunt tres dicendo illa ver-
ba: Sanctificas vivificas benedixis
etc. et significāt tres crucifixiones xp̄i
nam primo fuit crucifixus linguis in-
deorum. Secundo sententia Pilati. Ter-
tio manibus militum.

¶ In septima sunt quinque: tres cu-

corpo et super calicem et due a latere. et
significant tres cruciatūs. scilicet passionis
pro passionis et compassionis et aquarum
et sanguinē que fluxerunt de latere xp̄i.
Et sic sunt in uniuerso viginti quinque
cruces qui est numerus cubitus ad
signandum quod quantumcumque multipli-
cetur sacrificium semper est unum. Et
istud sufficiat de signis et per conse-
quens de secunda parte misse que est
ad materie misse consecrationem.

¶ Sequitur tertia pars que est ad sa-
cramenti susceptionē. Et in ista par-
te primo sacerdos frangit hostiam in
tres partes quarum prima significat
corpus xp̄i mysticum. id est fideles qui per-
regnant in mundo. secunda illos qui
sunt in purgatorio. tertia illos qui sunt
in paradiso.

¶ Et dicto: Per omnia secula seculo-
rum: et responsio amen dicit: Pax do-
mini sit semper vobiscum: faciēdo
tres cruces cum parte hostie: et signi-
ficant quod per mortem christi fuit pax
inter deum et hominem reformata.
Et dicitur ter Agnus dei. Agnus di-
citur ab agno quod est pium quia
xp̄s sua pietate nos redemit. Vel ab
agnoscendo: quia solo balatu matrem
suam agnoscit: sicut christus pius in
passione sua matrem suam agnouit.
Et ideo dicitur ter Agnus dei: quia
xp̄s in cruce pendens tria agnouit:
scilicet patrem suum ei obediendo: et ge-
nus humanum redimendo: et matrem
virginem virgini commendando. Et di-
cit bis miserere nobis: et ultimo do-
na nobis pacem: ad ostendendum quod
in mundo isto et in purgatorio indi-
gemus misericordia dei: et in paradiso
habebimus pacem et requiem opu-
lentam.

¶ In missa pro defunctis dicitur do-
na eis requiem: quia missa pro eis dicitur

et veniat ad requiē paradisi.

¶ Postea ponat unā pertem hostie in calice. et significat vt dicitur ē mor tuos qui sunt inebriati gloria para- disii. scdm illud ps. Inebriabunt ab ubertate domus tue et torrente volu- ptatis tue potabis eos.

¶ Postea accepto pacis osculo fm quosdam ab eucharistia. fm alios a calice. fm alios ab altari dat pacem dyacono et ille subdyacono. et sic per istos descendit ad alios ad designan- dū qd par dei qd eruperat oēm sensuz per xpm descendit ad prelatos et p- p- lator ad subditos. et significat etiam qd oēs qui volunt esse participes fru- ctus istius sacramēti debent esse vi- culo pacis et charitatis vnti.

¶ Postea dicta quadā ordōne sacer- dos recipit istud sacm sacratissimū sub specie panis et vini.

¶ Laicis autē nō dat sub specie vini ppter periculū effusionis.

¶ Post sumptionem sacramēti de- bet recipere aliquid de vino et ablu- re os nisi esset aliam missam illa die celebraturus. Et sic terminat tertia pars misse que est ad sacramenti su- scceptionem.

¶ Sequitur quarta pars que ptinet ad gratiarū actiones. in qua primo cantat communio. et dicit a con qd est simul et vnio quasi simul vnio ad venotandū qd virtute huius sacramē- ti sumus per charitatem vnti deo et proximo.

¶ Postea dicit postcōsio id est que dā orō que sic vocat qz dicit post cō- munionem. et debent dici eodez nu- mero et eodē ordine quibz fuerūt vi- cte collecte ante eplām et eodē modo terminari.

¶ Postea salutato populo et respon- so. Et cum spiritu tuo dicit sacerdos Ite missa est. Et est sensus. ite post

me ad xpm et sequimini eum: qz mis- sa est hostia pro nobis ad dēcum pa- trem placandum. Vel ite ad p- p- n- a- quia missa est completa. Et nota qd ite missa est nō debet dici nisi quan- do dicit gloria in excelsis deo: sed de- bet dici benedicamus domino. et in missa pro mortuis. Requiescant in pace.

¶ Si autē queratur qre in fine cuius- bet misse nō dicit ite missa est? Re- spondeo corpus xpi mysticum qd ē ecclesia ē triplex scz qd est in celo glo- rificatum id est sancti qui sunt in pa- radiso. Aliud quod adhuc in terris ambulat id est fideles qui sunt in mū- do isto. Aliud quod iam recessit de hoc mundo nō tñ adhuc est in para- diso id est fideles qui sunt in purga- torio. Licet ergo quelibet missa totū corpus xpi mystici recipiat: sicut pa- tet per triplicē hostie partitionē: ta- men scdm istā triplicē differentiam- puenit missas tripliciter appropriā- ri. Quedā enim celebratur ad hono- rem sanctorū. quia ipi sunt iam cor- ram deo idcirco in talibus missis li- centiat populus et dicit. Ite missa ē quasi dicat festinate ingredi in illaz requiem. Quedam autem speciali- ter celebrantur ad salutem vivorum: et quia nō sumus certi de salute nos- tra ideo debemus esse solliciti ne p- nostram ignorantiam vel ignauiam in nobis misse efficaciam euanescat. ideo dicitur in istis missis in fine oī- tempore. Benedicamus dño. scdm illud prophete. Benedicam dño in omni tempore. Quedam dicunt spe- cialiter ad requiē defunctorū et in il- lis dicit Requiescant in pace.

¶ Et nota qd sacerdos vertit se ad po- pulum quinquies et septies salutatur eum. Qd quinquies vertit se ad po- pulum significat qd christus quingies

*De defectibus
qui p[er]
missa*

apparuit in die resurrectionis sue. Primo Marie magdalene in orto. Secundo mulieribus euntibus et redeuntibus de monumento. Terto beato Petro: sed ubi vel qua hora nescitur: et ideo quando vertit se sacerdos discipulis quando intravit ad eos ianuis clausis et Thomas non erat cum eis. Quinto apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus.

¶ Non autem septies salutat populum significat quod virtute missae salutem consequamur eternam in qua habemus septem vices: quatuor ex parte corporis: et tres ex parte anime.

¶ Nota etiam quod illud quod sacerdos incipit missam in dextera parte altaris et postea tendit ad sinistram et iterum redit ad dexteram significat quod Christus de dextera patris venit ad sinistram mundi et iterum in die ascensionis rediit ad dexteram patris: iuxta illud Joannis. Exiit a patre meo et veni in mundum: iterum relinquo mundum et vado ad patrem.

¶ Si autem queratur utrum canon debeat dici tarde an cito: id est an debeat sacerdos multum morari in canone dicendo an non? Dicendum est quod sacerdos debet cum bona maturitate et magna attentione dicere omnia verba canonis: non debet tamen ibi morari multum ne musce morientes id est diabolice tentationes perdant suavitatem vinguenti id est suavitatem huius sacrificii: quia voluntas hominis mutabilis est et nunquam in eodem statu permanet: et ideo in figura fuit dictum filiis israel quod comederent agnum pascale festinanter.

¶ Notandum etiam quod missa nunquam debet dici sine lumine. Et ista sufficienter de ritu missae licet multa alia possent dici.

¶ De defectibus qui possunt accidere in missa. Caplin. xi. quarti tractatus prime partis.

¶ Ubi maius periculum intendit ubi est plenius consulendum et quia in celebratione missae nisi debito modo fiat iminet maximum periculum: ideo de defectibus qui possunt in celebratione missae contingere debet summo opere precauere. et si contingant sunt ut melius poterit corrigendi. ¶ Dicitur ergo defectus esse in missa ante consecrationem vel in ipsa consecratione vel post consecrationem. Ante consecrationem potest esse defectus si non ministraret debita materia: puta si loco vini ministraret aquam.

¶ Unde ponatur quod sacerdos vel ille qui seruit illi in missa ponit in calice aquam credens esse vinum albus quid debeat facere sacerdos? Dicendum est quod sacerdos aut percipit istum errorem ante consecrationem aut post. Si percipit ante consecrationem debet aquam eijcere et ministrare vinum cum aqua et sic peragere ministerium suum. Si autem advertat post consecrationem corporis: aut advertit antequam sumat corpus christi: et tunc debet ministrare vinum cum aqua in calice et reincipere ab illo loco: Si mili modo. et proseguere totum usque ad finem. Si autem advertit post summptionem corporis: debet ministrare unam hostiam non consecratam et ponere vinum cum aqua in calice et reincipere in principio canonis secundum quosdam: tamen credo quod sufficeret reincipere ab isto loco: Communicantes et memoriam etc. et perficere ministerium suum.

¶ Et si dicas quod forte iste non percipit istum errorem quousque sumpsit aquam quae loco vini fuit posita in calice

et sic non est ieiunus et sic videtur quod non debeat celebrare in isto casu. Dico quod istud est tenendum per regulam generali. quod quicumque sunt duo precepta fortius magis obligat. modo circa celebrati onem missae sunt duo precepta. unum est quod missa dicatur a ieiuno. aliud est quod sacramentum integrum percipiatur id est quod celebrans semper preserret sub utraque specie scilicet panis et vini. Constat autem quod preceptum de integritate missae sacramenti fortius est quam preceptum quod sumatur a ieiuno. cum illud respiciat essentiam sacramenti: istud versus sacramenti. quare quantumcumque iste sumserit aquam et sic non sit ieiunus nihilominus tamen debet facere sicut dicitur est. quod habeat scilicet hostiam non presecratam et vinum et aquam et reincipiat a principio canonis vel ab illo loco. Licet munitantibus et memoriam etc. et sicut totum presequatur versus ad finem.

¶ Sed quid si ille qui ministravit vinum in calice non apposuit ibi aquam quid faciendum est in hoc casu. Dico quod si sacerdos advertit istud ante consecrationem sanguinis deberet ponere aquam in calice et sic consecrare. Si autem advertit post consecrationem sanguinis debet conteri de negligentia et procedere in missa quia vinum est propria materia huius sacramenti et non aqua ut dictum est supra debet tamen admisceri ex quadam congruitate.

¶ Sed quid si sacerdos advertit venenum esse in calice immixtum vel araneam vel muscam nunquid debet sumere. Lerte quantum ad venenum vel araneam dico quod non: ne calix vite fiat sibi calix mortis: sed sanguis ille debet poni in aliquo vase mundo et apto et debet poni inter reliquias cum aliqua scriptura notificante ibi san-

guinem esse christi et quod non sumat ab aliquo quia speciebus illis est admixtum venenum. et nisi sacerdos preserit corpus debet ponere aliud vinum in calice cum aqua et reincipere ab isto loco: simili modo etc. Si autem assumpserit corpus debet habere aliam hostiam ut dictum est supra. Quantum autem ad muscam ut dictum est supra. Dico quod propter muscam non debet dimittere quin sumat: non tamen credo quod debet transglutire muscam ut quidam dicunt sed sufficit quod lauetur et lotio sumatur. Si autem timeat de vomitu comedet aliquid prohibens vomitum et musca comburatur et cinis eius in sacrario reservatur. Et ideo dico de aranea quia sic debet comburi et in sacrario reservari.

¶ Sed ponatur quando sacerdos elevat hostiam apparet ibi species puri vel carnis quid fiet tunc. Dico autem quod apparet omnibus aut sacerdoti tantum: aut populo tantum. Si autem ita apparet omnibus aut sacerdoti tantum in isto casu debent effundi preces et orationes ad deum ut reuertat ad speciem panis et si fiat debet sumi. Si autem debet haberi alia materia et presecrari et sumi a sacerdote. Si autem non apparet sacerdoti sed populo tantum debet sumi a sacerdote.

¶ Sed potest contingere quod calix cadat et sanguis effundatur quid ergo faciendum tunc. Dicendum quod quicquid est agendum in isto casu docetur ex quodam decreto in quo dicitur sic: Si per negligentiam aliquid stillaverit in terra lingua lambatur et tabula radatur. et si non fuerit tabula ut non conculcet locus radiatur et igne consumatur et cinis intra altare recedatur et sacerdos quadraginta diebus peniteat. Si super altare stillaverit calix sorbeat minister stillam et tribus

diebus peniteat. Si super lintheum altaris stillauerit et ad aliud stilla superuenerit quatuor diebus peniteat. Si usque ad tertium stillauerit et stilla peruenerit nouē diebus peniteat. Si usque ad quartum viginti diebus peniteat et lintheamina que tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice supposito et aqua ablutionis sumatur et in aliquo vase iuxta altare condatur.

¶ Si quis per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam euomerit, si laicus est quadraginta diebus peniteat. Clerici vel monachi vel diaconi vel presbyteri septuaginta diebus peniteant. Episcopi peniteant nonaginta diebus. Si vero causa infirmitatis euomerit septem peniteant. Ista habentur de conse. di. ij. ca. si per negligentiam.

¶ Si quis per ebrietatem euomerit tunc materia illi vomitus debet accipi et comburi et cineres iuxta altare recondi que penitentia ista debet esse. Dicunt aliqui quod omnibus diebus illis debet ieiunare pane et aqua et cessare a comunione. Alij dicunt quod sufficit quod faciat aliquam abstinentiam vel dicat aliquas orationes.

¶ Sed pone quod aliquis sacerdos induit se ad missam et postquam processit in missa recolit se aliquod peccatum mortale commississe de quo non fuit confessus. vel recolit se excommunicatum fuisse quid faciet iste sacerdos si procedit. videtur peccare mortaliter quia iudicium sibi mādueat et bibit: si autem ex toto dimittat magnum scandalum in populo generat. Dicunt quidam quod talis sacerdos non debet dicere verba consecrationis sed simplicem hostiam debet sumere. Sed istud non est verum imo est erroneum: quia faciendo sic videtur gra-

uiter peccare: quia talis videtur deus illudere faciendo irreuerentiam sacramento et populum decipit: quoniam facit idolatricus et ita se astringit. Ista habentur extra de celebra. mis. c. de homine. Et ideo dico quod si ista non potest dimittere missam absque scandalo quod doleat atque peniteat et cōteratur de peccato suo: doleat etiam quod ita tarde penitet et proponat confiteri quod scito poterit habere opportunitatem et cōsecret in nomine domini: quia in isto casu sumus sacerdos absolutus eum. Et licet quidam dicant simile esse in sententia excommunicatio nis: tamen credo quod in isto casu si sacerdos non processit ad consecrationem debet dimittere fingendo seipsum infirmum vel habere aliquam necessitatem legitimam: et si non potest dimittere doleat et proponat se facere absolui et credo quod quantum ad illud punctum est absolutus a summo sacerdote et hoc quantum ad culpam. Utrum autem sit absolutus quantum ad penam irregularitatis non deturmino quo ad nunc.

¶ Sed pone quod sacerdos habet conscientiam quod omisit aliquid de verbis canonis nunquid debet ea repetere? Dico quod aut habet conscientiam probabilem et quasi certam: aut conscientiam leuem et scrupulosam. Si habet conscientiam certam vel multum probabilem debet repetere potissime si habet ealem conscientiam de verbis consecrationis: quia non intelligitur iteratum quod dubitatur supple probabiliter vel nescitur esse factus: ut dicitur de conse. di. iij. cum nulla extra de presbytero. non baptizans. veniens. Debet tamen ut credo sacerdos habere istam intentionem si dixit verba ista non intendit ea repetere cum intentione consecrandi

Si quis
per ebrietatem

sed si nō dixi nūc dico ea. ar. extra de
 bap. 7 eius esse. c. ij. s. p. propter autē le
 uem 7 scrupulosam p̄scientiā nō de
 bent iterari h̄mōi verba. Et ideo sa
 cerdos multuz debet esse attentus 7
 recollectus q̄n dicit hec verba.

¶ Sed pone sacerdos q̄n dicit mis
 sam faciendo signa cū hostia forte p
 pter frigus vel inaduerentiā vel ali
 quid aliud cadit hostia in sanguinē
 quid debet fieri. Dico q̄ debet eam
 dimittere ibi nec extrahat eā inde s̄z
 sumat cū sanguine quia signa 7 fra
 ctiones que fiunt cū hostia magis fi
 unt in significatiōe q̄z sint de essen
 tia misse.

¶ Done etiam q̄ ppter frigus san
 guis p̄gelat in calice tunc sacerdos
 tñ debet ecalare in calice q̄ liquefi
 at: tñ credo q̄ tutius esset q̄ calix in
 uolueretur in pannis calidis: 7 si nō
 proficeret q̄ poneretur in aqua fer
 uenti cauendo tñ ne aqua intret.

¶ Sed pone sacerdos quando dicit
 missam moritur aut percutitur ali
 qua infirmitate: ita q̄ non potest fi
 nire missam: quid faciendum est in
 isto casu. Dico q̄ circa materiam est
 vna regula generalis scilicet q̄ sem
 per ille qui dicit missam debet sume
 re 7 perficere istud sacramentum si
 possibile est 7 si non potest alius de
 bet sumere 7 perficere loco eius. In
 casu ergo proposito dico q̄ sacerdos
 aut moritur aut impeditur ante in
 ceptionem canonis aut post. Si an
 te non est curanduz. Si post: aut au
 te cōsecrationem aut post. Si ante
 alius sacerdos debet se induere 7 in
 cipere vbi ipse dimisit. Sed si nō mo
 riatur v̄l impediatur post cōsecrationē
 alius sacerdos debet supplere lquod
 remanet supplendum 7 suscipere sa
 cramentum.

¶ Sed ponatur q̄ moritur vel impe

ditur postq̄z sumpsit corpus 7 ante
 q̄z sumat sanguines. In isto casu di
 co q̄ alius sacerdos debet sumere san
 guinem 7 cōplere officium misse.

¶ Sed pone q̄ mus vel aliqua alia
 bestia sumit species consecratas. Di
 co q̄ si possent extrahi ab illo anima
 li species ille deberēt aperiri 7 speci
 es ille reuerenter reponi in sacrario
 7 animal comburi 7 cineres intra al
 tare recondi.

¶ Sed pone aliquis sacerdos tanto
 tempore reseruauit illas species q̄
 sunt iam putrefacte vel corrupte qd
 debet fieri de istis speciebus. Dico
 q̄ istud in materia ista habendum ē
 p̄o regula generali q̄ tādū manet
 sub istis speciebus corpus 7 sanguis
 Christi q̄z diu manet substantia pa
 nis 7 vini 7 tam cito sub istis specie
 bus desinit esse corpus Christi 7 san
 guis q̄z cito desinit ibi esse substan
 tia panis 7 vini. Et ideo si ille speci
 es venerint ad tantam corruptionem
 q̄ substantia panis 7 vini non ma
 neret sub eis iam non est ibi corpus
 7 sanguis Christi 7 ideo non debent
 sumi sicut consecrate. sed sacerdos
 postq̄z sumpsit in missa corpus xpi
 sumat eas reuerenter sed non vt con
 secratas. Si autem non venerint ad
 tantam corruptionem quin sub eis
 possit manere 7 maneret substantia
 panis 7 vini debent sumi vt conse
 crate.

¶ Sz qd si ex illis speciebus corrupte
 sint generati vermes qd debet fieri
 de illis vermibus. Dico q̄ debēt obu
 ri 7 cineres circa altare recōdi. 7 sa
 cerdos ex cuius negligentia ista acci
 dunt v̄z grauius puniri. Et ideo sa
 cerdos debet cauere ne nimis longo
 tpe reseruet eucharistiam. neq̄ re
 seruet eā in loco nimis hūido ita q̄
 ille species possunt de facili corrip

Hic circa sacramentum eucharistie
et eius mysterium et ornamenta pre-
stingi breuiter et simplices in aliqui-
bus certitudine inueniret: et in alijs
que longum tractatum exigunt da-
retur eis occasio cogitandi dubitan-
di et interrogandi etc.

Continuatio ad subsequentia.

Ordinem in huius libelli prin-
cipio positum, sequendo dicto
de sacramentis que producant pro-
mouent et conseruent hominem in esse
spirituali: que sunt baptismus: con-
firmatio et eucharistie sacramenta:
dicendum est nunc de sacramentis
que si ceciderit homo faciunt ut refur-
gat: et ista sunt per penitentiam que
sanat hominem a peccato. et sacra-
mentum extreme unctionis que sa-
nat reliquias peccatorum venialium.
Terminus quia in secunda particula hu-
ius opusculi agitur de confessionibus
audientia et penitentia: impositio:
ideo tractatus de sacramento peni-
tentie usque tunc differatur ne opor-
teat sepe reiterare eadem. Quia etiam
dignius debet precedere minus dig-
num. sacramentum autem ordinis est
dignius sacramento extreme unctionis:
ideo primo dicendum est de sa-
cramento ordinis quam de sacramento
extreme unctionis.

Tractatus quintus prime partis
de sacramento ordinis.

Quia conferre sacramentum ordi-
nis de iure et regulariter ad so-
los episcopos pertinet: qui unctionem sa-
cram que eodem teste beato Joanne de
omnibus edocet receperit ideo de ma-
teria sacramenti ordinis pauca dicam
cum sanctos ac venerabiles episcopos sic
habeo in patres et dominos et habere de

siderem in magistros. Terminus quia sa-
cerdotibus omnibus tota eorum potestas
in collatione ordinum tribuit: ideo
aliqua de sacramento ordinis expe-
dit eis scire que sub breui compendio
comprehendam et quo ad nunc ad quos
possunt reduci: de quibus per ordi-
nem est agendum.

Primo quid est ordo.

Secundo quot sunt ordines.

Tertio si in quolibet ordine imprimatur character.

Quarto in quo actu imprimatur ca-
racter cuiuslibet ordinis.

Quinto que requiruntur in susci-
piendo ordines.

Quid est ordo. Caplin. j. quinti
tractatus prime partis.

Ordo ab Augustino de sancto Vi-
ctore describitur sic: Ordo est sig-
nificatum quoddam in quo et per quod
spiritualis potestas seu officium tri-
buitur ordinato. Et ponitur ibi po-
testas quo ad ordines proprie dictos:
sed officium ibi ponitur quo ad ordi-
nes communiter dictos.

Quot sunt ordines. Caplin. ij.
quinti tractatus prime partis.

In numero ordinum diuersificantur
doctores canonice et theologi.

Doctores enim canonice dicunt quod
sunt novem ordines: scilicet psalmistat?
hostiariatus: lectoratus: exorcistat?
accolitatus: subdiaconatus: dyaco-
natus: presbyteratus et episcopatus
Et forte ratio que mouet doctores ca-
nonice est: quia in quolibet ordine
tribuitur spiritualis potestas vel officium
et ubi est spiritualis potestas vel officium
ibi est spiritualis ordo: sed in episcopatu
tribuitur spiritualis potestas et in psalmi-

statu spūale officii. ideo epatus est
spiritualis ordo ⁊ etiam psalmistat?
Ute ergo militans ecclesia correspon
deat triumphanti ecclesie in qua sūt
nouem ordines angelorum ita in mi
litanti ecclesia sūt nouē ordines mini
strorū ⁊ satis apta ē ⁊ congruentia.

¶ Doctores vero theologi ⁊ quasi
plures ex eis tenent q̄ non sunt nisi
septem ordines. quia ponunt q̄ psal
mistatus non est ordo nec episcopa
tus. etiaꝫ vt sic septiformi gratie spi
ritus sancti correspondeant ordines.
Quicquid sit de hoc satis puto q̄
psalmistatus nō est ordo. sic nec pri
ma tonsura. de qua magis uideretur
cum psalmistatus conferat a simpli
ci sacerdote. Prima autē tōsura ordi
narie ab episcopo pfertur. Unde ui
cunt doctores. prima tonsura nō est
ordo sed dispositio ad ordines. dispo
sitiō inq̄ non necessitatis sed cōgru
entia.

¶ De episcopatu autem utrū sit spe
cial' ordo dubito. ⁊ ideo dimitto istō
terminationi maiorū. Thomas au
tem in quarto suo dicit q̄ ordo dicit̄
tripliciter. Uno modo est nomen of
ficij. ⁊ sic psalmistatus est ordo. Alio
modo est nomen dignitatis ⁊ sic epi
scopatus est ordo. Alio modo est no
men spiritualis potestatis. ⁊ sic non
sunt nisi septem ordines tm̄. Et isto
modo possunt concordari iura ⁊ opi
niones doctorum. Numerus autē ⁊
sufficiētia istorum septē ordinum
communiter dictorum sic potest ha
beri. Omnis ordo ideo dicitur ordo
quia ordinatur ad corpus Christi p̄
ut in sacramento eucharistie conti
netur ⁊ scđm q̄ magis de propi quo
accedit ad hoc scđm hoc dicitur ma
ior ⁊ dignior ordo. Id est tamen or
dinari aliquis ordo ad corpus Chri
sti vel ad ipsum p̄secrandū. ⁊ sic est p̄

byteratus cuius est corpus Christi
consecrare. vel ad ipsum p̄secratum
populo dispensandum ⁊ sic est dya
conatus cuius antiquitus erat san
guinem xpi populo dispensare. Un
de dicit beatus Laurentius Sixto.
Nanquid degenerem me probasti
cui p̄misisti domini cī sanguinis di
spensationem. vel ordinat̄ ad materi
am de qua conficit̄ p̄bfo p̄sentandā
⁊ preparandā ⁊ sic est subdyaconat̄
cuius est hostiam ⁊ calicē cū uino et
aqua preparare. vel ad hmoi materi
am ad altare portandum ⁊ sic est ac
colitatus cuius est p̄xidem cum ho
stia ⁊ uiceolos cum uino ⁊ aqua ad
altare apportare. vel ordinatur ad di
abolum ne hominem in susceptione
huius sacramenti impediatur effugan
dum ⁊ sic est exorcista cui⁹ est dēno
nes adiurare. vl' ordiatur ad dignos
admittendum ⁊ indignos excluden
dum ⁊ sic est ostiarius cuius est osti
um ecclesie custodire ne indigni in
trent. vl' ordiatur ad ea que de xpo
in veteri testamento dicta erant pro
ponendum ⁊ sic est lector cuius ē p̄
phetiam veteris testamenti in mis
sis legere. Et sic habetur sufficiētia
septem ordinum communiter dicto
rum. Quidam horum ordinum vo
cantur minores scilicet lectorat⁹ osti
ariatus exorcistat⁹ ⁊ acolitatus. ⁊
isti dicuntur non sacri. Alij autē tres
scilicet subdyaconatus dyaconatus
⁊ p̄byterat⁹ uocant̄ maiores ⁊ sacri

¶ An in quolibet ordine imprima
tur caracter Lap. iij. quinti tracta
tus prime partis.

¶ Cū scđm q̄ dictū fuit supra cū
ageret de sacramentis in gene
rali caracter sit potestas quedā spi
ritualis per quam recipiēs sacramē

tum imprimēs characterem potest fa-
cere vel recipere aliquid quod nō po-
test ille qui nō recipit huiusmodi sa-
cramentum: & recipiens aliquid quem or-
dinem possit facere aliud spirituale
quod nō potest ille qui caret ordine
illo: sicut presbyter potest consecra-
re quod nō potest nō presbyter: ideo
in quolibet ordine imprimitur cara-
cter. Et si dicatur non ordinatus po-
test facere ea que sunt ordinis: sicut
non accolitus potest portare ea que
sunt ordinis: sicut portare hostiam &
vicecoluz ad altare nō valet: quia sicut
quod dicitur cōmuniter: Id possumus
quod de iure possumus. nullus autē
potest facere de iure ea que sunt or-
dinis nisi sit ordinatus.

¶ Notandum autem quod characteres
omniū ordinum presupponunt cara-
cterem baptismi. Cum enim bap-
tismus sit ianua & fundamentū omniū
sacramentorum. & scđm Apostolum
ubi fundamentum nō est superedifi-
cari nō potest nullus nisi baptizatus
potest esse capax alicuius sacramenti:
extra de presb. nō bap.

¶ Sed nūquid character alicuius or-
dinis presupponit characterem alte-
rius: id est utrum ille qui nō est sub-
dyaconus possit ordinari in dyaco-
num: vel non dyaconus in presbyterum:
Dico quod de necessitate character
vnius ordinis presupponit caracte-
rem alterius ordinis. Unde nō sub-
dyaconus potest ordinari in dyaco-
num: & nō dyaconus in presbyterum
licet nō debet: immo de rigore iuris
debet deponi si ex malitia vel igno-
rantia aliquid ordinem pretermise-
rit: sed ex licentia episcopi imposita
ei penitentia pro eo quod sic ignoranter
vel negligentem mediū ordinem pre-
termiserit ad ordinem pretermisus
poterit promoueri. Interim tamē est

a susceptorum ordinum executione
suspensus. Et ideo dicit Gregorius
Ordinate ad ordines accedendus est
nam casum appetit qui ad summus
loci fastigia postpositis gradibus que-
rit ascensum. dist. xliij. Sicut olim
extra de clerico per saltum promotio
ca. vnico.

¶ Sed nūquid character ordinis pre-
supponit characterem vel tonsurā cō-
firmatiōis. Licet Hugo dicat quod nul-
lus nisi habeat primam tonsurā po-
test ordinari in sacerdotem. ar. xl. vi.
Sicut tamen doctores theologi cō-
muniter dicunt character ordinis nō
presupponit de necessitate primam
tonsuram nec confirmationem: im-
mo nō tonsuratus vel nō confirma-
tus possit ordinari: licet non debeat
fieri sicut dictum est supra: quia ton-
sura est dispositio ad ordinem congruē-
tie tñ nō autē necessitatis.

¶ Notandum autem scđm illos qui
ponunt episcopatus est ordo quod cara-
cter ordinis episcopalis presuppo-
nit characterem sacerdotalem: quia
non sacerdos nullo modo potest esse
episcopus. Et istud videtur sentire
illud capitulum de excess. prelato. ex
litteris. Ordo enim sacerdotalis est
quasi substantiale fundamentum or-
dinis episcopalis.

¶ In quo actu imprimatur character
cuiuslibet ordinis. Caplin. iij. quā-
ti tractatus prime partis.

¶ **U**iso quod in quolibet ordine impri-
mitur character videndū est in quo
actu imprimitur in quolibet ordine
Et est sciendum quod cum in sacro ordi-
nis character sit res sacramentorum oportet
quod ad impressionem characteris con-
currant duo que requirunt in omni
sacro: scilicet aliquod sensibile signū

quod est materia sacramenti: et alia
verba determinata que sunt forma
sacramenti. In actu ergo in quo im-
primatur character in sacro ordi-
ne oportet quod sint ista duo: et ista sunt traditi-
ones alicuius instrum. deputati ad exe-
cutionem illius ordinis et platio ali-
quorum verborum.

In ordine ergo sacerdoti imprimi-
tur character secundum Thomam in traditi-
one calicis cum pane et vino et platio
verborum que tunc dicit episcopus scilicet
Accipe potestatem presecrandi etc.
Alij dicit quod in vinctioe manuum im-
primatur sibi character. primum tamen repu-
to verius.

In dyacono imprimatur character in
traditione libri euangeliorum cum ver-
bis ad hoc deputatis.

Subdyacono imprimatur character
in traditione calicis tamen sine pane et
vino. per quod differt a sacerdote cui
traditur cum pane et vino.

Accolito imprimatur ut quidam vo-
lunt in traditione candelabri. Tho-
mas dicit quod in traditione vicecoli et
istud reputo verius quod vicecolus dicit
etiam respicit eucharistiam quam cande-
labrum.

Exorciste imprimatur in traditione
libri exorcismorum.

Lectori in traditione libri lectionum
prophetarum.

Ostiaro in traditione clauis eccle-
sie. Ita tamen quod in quolibet ordine di-
cantur simul cum traditione instrumenti
verba ad hoc deputata quod sine verbis
nihil fieret. Credo etiam quod non sufficit
quod episcopus porrigat huiusmodi instrumenta in-
mo oportet quod ordinandus corporaliter
tangat ea cum istud videantur sonare ver-
ba forme que prefert episcopus dum porrigit
huiusmodi instrumenta. Unde dicit acci-
cipe. Et ideo aduertat circa hoc dili-
genter quilibet ordinandus.

Que requiruntur in suscipiente
ordines Cap. v. quinti tractat. pri-
me partis.

Quomodo secundum philosophum actus
actuorum non sunt nisi in pacien-
te disposito: ideo ne ordines indigne
recipiantur sciendum quod ad hoc quod ordi-
nes rite et legitime et digne recipian-
tur in generali requiruntur quatuor
ordines. Primum est sexus debitus scilicet
ceterum quod sit masculus. Unde mulier non
posset ordinari nec posset accipere ca-
racterem alicuius ordinis clericalis
ut dicit Ambrosius super epistolam ad
Thimotheum et habet de xxxiii. mulier et xxxiii
quod mulieres extra de sen. ex. de mo-
ralibus. Ratio autem quare mulier non
potest recipere caracterem alicuius
ordinis est: quia christus qui fuit institu-
tor sacramenti ordinis non promouit
aliquam mulierem ad aliquem sacrum
ordinem. licet enim beata Maria di-
gnior et excellentior fuerit apostolis vniuersis
non tamen illi sed istis dominus claves regni
celorum commisit. extra de pen. et
remis. noua. Et si forte in aliquo ca-
pitulo inueniatur mulier vocari dy-
conissa vel presbyterica intelligendum
est quod illa vocabatur super quam funde-
batur aliqua benedictio ratione cuius com-
sequebatur aliquod beneficium spirituale.
forte legendi omelia in matutinis vel
aliquid aliud quod non licet alijs moni-
alibus.

Presbyterica autem appellatur que secundum
morem primitiue ecclesie erat vxor presbiteri
vel aliqua vidua cura de rebus eccle-
sie habens ad instar matris famili-
as vocabatur presbyterica. et ita exponen-
da sunt omnia capitula que loquuntur de
ista materia. Secundum quod requiritur est
etas legitima. Circa quod est sciendum
quod licet doctores canonum faciant mul-
tas harenas circa materias istas vi-

demus tamen occulta fide temporibus nostris ad sacros ordines pmo ueri pueros imbarbes: imo vidum? aliquos ad dignitates & personatus & etiam ad episcopatum ad cardinalatum infra tempus taratus ad subdyaconatus susceptionem pmos. Qd quia ex dispensatione fit sedis apostolice que a spiritu sancto regit nō debz ab aliquo reprobari. Istud tamen regulariter est tenendū: qā nī si in fauorem religionis fiat nullus debet pmo ueri ad ordinem subdyaconatus nisi cōpleuerit. xviiij. annū: nec ad ordinem dyaconatus nisi cōpleuerit. xx. annum: nec ad ordinem sacerdotij nisi attigerit. xxv. annum. Credo tñ qd domini episcopi si necesse fuerit in hoc dispensare possunt & dispensant quotidie. put erigit ecclesie necessitas que in omnibz istis debet attendi. Tertij quod requiritur est morum honestas: cū porte dignitatum vel ordinum infantibus & suspectis patere nō debeāt. vt. lxxx. di. dictum. extra de iur. relat. Super omnia requiritur in promouendo ad ordines seu ecclesiasticas dignitates qd sit bone fame & honestus i moribus & vita. Cuius conditionis sit & quos mores debeat promouendus ad sacros ordines habere ostendit Apostolus in epistola ad Timotheu: & in epistola ad Titum dicens: Oportet episcopuz sine crimine esse unius uxoris uirū: sobrium: prudentem: pudicum: ornatum: hospitalem doctorem: non uolentem: nō percussorem: modestum: nō litigiosum: non cupidum: non neophitum: domui sue bene prepositū. Et licet ista auctoritas uideatur intelligi de epotñ: tamen scdm Augu. & Ambrosiu: extendenda est ad alios ordinandos di. xcij. cognoscamus.

¶ Notandum etiā qd de singulis conditionibus positis in auctoritate p̄dicta multa essent dicenda: tamē qā requirerent magnum tractatū quā si superficialiter pertranscūdo pauca dicam.

¶ Dicit ergo primo sine crimine: qd non est intelligendum de omni crimine: cū nemo sine crimine uiuat. Et vt dicit Hieronymus: Res pene contra naturā est vt aliquis sine peccato sit: & intelligendum est de crimine enormi vel mediocri vulgariter notorio.

¶ Et nota qd existēs in peccato mortali quocūqz siue manifeste siue occulto peccat mortaliter recipiēdo sacros ordines: sicut in recipiēdo alia sacramēta: di. xl. multi. di. xxv. illud xi. q. iij. audi. Et ideo debet qlibz cōfiteri anteq̄ recipiat sacros ordines.

¶ Secūdo dicit unius uxoris uirū: & istud est intelligendū negatiue id est nō plurius: di. lxxxij. posuisti. qā si intelligeretur affirmatiue sequeretur qd uirgines & qui nullam habuissent uxorem nō possent promoueri: quod est absurdum. Et loquit̄ Apostolus scdm morem p̄initie ecclesie in qua licitum erat ordinatis habere unam uxorem dūmodo habuissent eam uirginem: non autem est licitum cum uotum castitatis sit sacris ordinibus annexum. De bigamis quare nō promouentur & quid est bigamus & quot modis cōtrahit quo ad nunc taceo: qā excederet metas huius tractatus. Alie conditiones scz sobriū: prudentē & cetera sunt satis note: & ideo de eis nihil dico.

¶ Notandum autem qd de diuersis capitulis de corpore iuris decretorū & decretalium colliguntur due conditiones que nō debent esse in ordinando uidelicet qd non sit solemniter

penitens nō curialis nō seruus seu ad rationia obligatus: nō corpe' vi ciatus: nō de p̄s bytero vel alias illegittime natus. nō adulus in egritudine baptizatus. nō peregrinus vel ignotus: nō minoris etatis. De quo libet istoz p̄sequi exigeret maiores tractatū q̄s presens opusculum expostulet.

¶ Quartum quod requirit est peritia litteraz. Unde ordinandus ⁊ p̄mouendus ad regimen animarū debet habere notitiam ⁊ peritiam facere sacre scripture ad alias informandas. ⁊ p̄pter hoc statutum est vt in ecclesijs metropolitanis teneantur doctores theologie ⁊ q̄ clerici exētes p̄uinciam ad audiendum theologiā percipiant integre stipendia sua ⁊ si nō sufficiunt eis ecclesia debz eis necessaria ministrare. extra de magis q̄nulli. Debent etiā habere peritiā scripturaz seculariū. ⁊ hoc ad eruditionem vt possint decernere verum a falso ⁊ per eas habere aditum ad theologiam. ideo statutum est vt teneantur magistri liberalium artium in singulis cathedralibus ecclesijs ⁊ in alijs quarum possunt sufficere facultates qui earundem ecclesiāz clericos ⁊ alios scolares pauperes gratis instruant propter quod aliq̄d cōpetens beneficiuz magistro in ecclesia assignet: extra. c. p̄zalle. ⁊ intelligo de scientijs triuialibus scz grammatica logica rethorica: ⁊ maxime de ḡarmatica. q̄ q̄druiuales scie. s. arismetria. geometria. musica ⁊ astronomia parit̄ aut nihil faciūt ad scientia pietatis: vt ait Hiero. dist. xxxvij. si quis grammaticā. De hoc scz quam scientiam debēt h̄re sacerdotes require supra in p̄hemio huius libelli. Et hec multa alia circa materiā hui' sacri ordinis possent

dici ista t̄n̄ sufficient ad hoc q̄d presens libellus expostulat.

¶ Tractat' sext' de extrema vinctione.

¶ Hinc de sacramēto extreme vinctiois dicendum est. circa q̄d consideranda sunt septem.

¶ Primo que est eius materia.

¶ Secūdo que est eius forma.

¶ Tertio quis est eius minister.

¶ Quarto quis est eius effectus.

¶ Quinto quibus debet dari.

¶ Sexto in quibus partibus corp̄s debet fieri.

¶ Septimo ⁊ vltimo r̄tz debeat iterari.

¶ De materia huius sacri Cap. j. sexti tractatus prime partis.

¶ Materia sacramenti extreme vinctiois est oleum oliuarum ab episcopo benedictum. Et ratio quare oleū oliuaz est materia huius sacramenti est institutio xpi qui istitu it istud sacramentuz fieri in oleo q̄n̄ apostolos misit vngere infirmos et sanare eos. Et huic r̄cordat p̄mulgatio beati Jacobi qui dixit. Infirmitatur quis in vobis inducat p̄s byteros ecclesie ⁊ orent sup̄ eū vngētes eum oleo sancto.

¶ Et scienduz q̄ quando in scripturis inuenitur simpliciter oleum itelligere debet oleo oliuaruz. q̄ illud est simplex oleum alia autem nō. sed fuerunt inuenta propter defectū istius scilicet oleum nucum ⁊ oleum lini ⁊ similia. vel propter aliquam medicinam sicut oleum amigdarum: vel lauri ⁊ similia. Ratio autem congruentie est quare tale oleum sit materia huius sacramenti est. quia proprietates olei maxime cōuenit huic sacramento ⁊ eius effectui. Est cuius

oleū mitigatiuū doloris id ponit in
vulnerib? sauciati. Un illa. Samari
tan? infudit oleū i vulnerib? sauciati
vt dicit in Luca: s; effectus istius sa
cramenti est mitigare dolorem tam
spiritualem q̄ temporalem vt dice
tur infra quando agetur de effectu
istius sacramenti. Quare oleum oli
uarum est propria materia istius sa
cramenti.

¶ Notandū autem q̄ ad hoc q̄ oleū
sit propria ⁊ pueniens materia isti?
sacramēti oportet q̄ sit priuo ab epis
copo benedictum ⁊ istud innuit bea
tus Jacobus quando dicit: vngētes
eum oleo sancto. i. sanctificato. Ra
tio istius quare sic oportet q̄ sit san
ctificatiū posita est supra in tractatu
de p̄firmatione. c. ij. vide eam ibi.

¶ De forma extreme vnctionis. La
ij. sexti tractatus prime partis.

Forma istius sacramenti sūt ver
ba que dicit sacerdos quādo in
ungit infirmū. s. In nomine sancte
vnctionem ⁊ suam piissimam mis
ericordiam indulgeat tibi deus quic
quid peccasti per visum: per auditus
rē. ita q̄ in ista forma tangit virtus
istius sacramenti: de qua virtute di
cetur infra quando dicitur de eius
effectu.

¶ Et sciendum q̄ differentia est in
ter formas alioꝝ sacramētoꝝ ⁊ isti?
quia forme alioꝝ sacramētoꝝ sunt
indicatiue: vt patet discurrendo per
singulas: sed forma istius sacri est
operatiua vt patet inspicienti.

¶ Notandū autem q̄ in missali Am
brosiano inuenitur ista forma: Un
go oculos tuos ⁊ aures tuas rē. ⁊ p̄
istam sanctam vnctioneꝝ rē. De hoc
autem non est curandum sed forma
qua ritur Romana ecclesia est ob

seruanda.

¶ Si autem aliquis querat quare in
forma istius sacramēti Ro. ecclesia
magis vti verbo operatiuo q̄ i alijs
formis? Dicendum q̄ istud est: quia
vt dicitur infra istud sacramentum
non debet dari nisi p̄p̄nquis mortū
qui iam sunt in recessu: ⁊ ideo sicut
moris est q̄ illis qui sunt in recessu
optat salus: ita ecclesia in forma ista
optat salutē recedentib? ex hac vita.

¶ De ministro huius sacramenti.
Cap. iij. sexti tractatus prime ptis.

Minister huius sacramenti est p̄s
byter ⁊ nō alius. Unde nullus
nisi sic p̄s byter potest ministrare
istud sacramentum: ⁊ istud patet ex
inducta auctoritate beati Jacobi: In
firmatur quis in vobis inducat p̄s
byteros ecclesie rē. Ratio autē qua
re solus p̄s byter est minister huius
sacramenti est: quia ille q̄ habet dis
pensare sacramēta corporis xp̄i my
stici oportet q̄ habeat potestates su
per corpus xp̄i verum: sed iste est so
lus p̄s byter: quare solus p̄s byter
habet ministrare sacramēta. nec est
instantia de baptisimo: quia baptis
mus est sacramentum maxime ne
cessitatis: ⁊ ideo oportet q̄ hēat mi
nistruꝝ maxime cōeū. Unde de hoc
supra de baptisimo. c. iij.

¶ Utrū autē oporteat q̄ sint plures
p̄s byteri vel sufficiat vnus? Videtur
ex aucte allegata q̄ sint plures: quia
dicit p̄s byteros in plurali. Thomas
in quarto suo videt dicere q̄ si non
possint esse plures sufficit vnus cum
ministeris: ita tñ q̄ semp vnus debet
iungere ⁊ dicere verba. Et si ante q̄
p̄fecerit moriā vel impediā aliter
alius debet p̄ficere illud quod rema
net p̄ficiendum.

De effectibus istius sacramenti
Cap. iiii. sexti tractat? prime ptis.

Effectus istius sacramenti, est iste
Sicut enim in infirmitate cor-
porali. ita suo modo debet esse in in-
firmitate spiritali. in infirmitate au-
tem corporali sic est q? posito q? ali-
quis sit curatus ab infirmitate ad-
huc remanet in eo quedam debilitas
corporalis proueniens ex pristina in-
firmitate. ideo indiget duplici medi-
cina. vna que sit egretudinis sanati-
ua et alia que sit debilitat que rema-
net reparatiua. sic et spiritaliter in-
firmitas spiritalis est peccatus. vñ
ps. in persona peccatoris. Adserere
mei deus quoniam infirmus sum sa-
na te. Sanatiua medicina istius in-
firmitatis est penitentia. Sz postq?
homo sanatus est ab ista infirmita-
te adhuc remanet in eo quedam de-
bilitas spiritalis. et contra istam de-
bilitatem ordinatur istud sacramentum
Unde effectus istius sacramenti est
sanatio istius debilitatis spiritalis
Est autem ali? effectus: quia p ipm
venialia peccata et oblita mortalia re-
mittuntur et gratia habita augetur vel
noua confertur. Est etiam alius effe-
ctus quia si sit expediens. anime su-
scipientis sanitas corporis sibi resti-
tuitur virtute hui? sacramenti. Pro-
bantur autem omnia ista per aucto-
ritatem inducram. Infirmatur q? i
vobis inducat presbyteros ecclesie et
orient super eum vngentes eum oleo
sancto et alleviabit eum dominus a
languoribus suis et si in peccatis fue-
rit dimittentur ei.

Quibus debet dari extrema vn-
ctio Cap. v. sexti tractat? prime ptis

Ex predicta auctoritate colligitur
q? istud sacramentum non de-

bet dari nisi infirmis. quia dicitur
Infirmatur quis in vobis: non autem
debet dari quibuscumq; infirmis sz
solum illis qui sunt in periculo et p-
pinqui morti qui cum deuotione ante
petierant istud sacramentum possi-
to etiam q? sunt frenetici. Cum enim
istud sacramentum sic sacramentum ex-
ercentibus non debet dari nisi exercentibus vel illis q?
sunt propinqui ad exitum ab hac vi-
ta.

In quibus partibus corporis debet
homo vngi Cap. vj. sexti tractatus
prime partis.

Quia purgata materia medici-
na applicari debet particule pa-
tienti. ideo materia peccati purgata
per penitentiam istud sacramentum
quod est medicina. vt dictum est co-
tra debilitatem derelictam ex pecca-
to debet applicari membris que sunt
organa sensuum: per quos morbus
peccati in animam intrat. Unde in
sacramento isto debent inungi oculi
nares: os: nares: manus: pedes et
renes. ita q? ad oculos dicatur. Per
istam sanctam unctionem et suam pijs-
simam misericordiam indulgeat tibi
deus quicquid deliquisti per visum
ad aures per auditum. ad os per
gustum. ad nares per odoratum. ad
manus per tactum. ad pedes per gres-
sum. ad renes per ardorem libidinis
premittendo in singulis. Per istam
sanctam unctionem etc.

Sed quid fiet de ceco a natiuitate
qui non peccauit per visum. vel de
surdo qui non peccauit per auditum
vel de claudo qui non peccauit per
gressum debent inungi in membris
predictis? Dico ad hoc breuiter q? sic
q? cecus licet non peccauerit videndo
tamen peccauit forte visus inordinatus
e iij

te appetendo: & idem de claudo & de
furdo. Esto etiam qd aliquis nō ha-
ret oculos vel alia membra in quib⁹
fit vinctio: debet tamen inungi in lo-
cis circumvicinis ppter rationes iam
dictam.

¶ Utrum extrema vinctio debet ite-
rari. Caplin. vij. sexti tractatus pri-
me partis.

¶ Cum in isto sacramento nō im-
primatur character manifestum
est qd potest iterari cuz homo possit
multotiens ad mortem infirmari.
Utrū autē in eadē infirmitate possit
multotiens inungi? Dico qd infirmi-
tatū quedā sūt brevis terminatiōis:
sicut synocha vel synochus vel cau-
son & sic de alijs infirmitatibus: & in
talibus nō debet istud sacramentū
reiterari: tamen si recidiuaret aliqs
cuz recidiuū sit alia infirmitas a pri-
ma in recidiuo possit iterato inungi.
Alię sūt infirmitates diuturne sicut
tussis febris & hęc & sic de alijs que
durant per annum vel plus: & sic cuz
in talibus infirmitatib⁹ possit mul-
totiens homo venire ad punctū mor-
tis in talibus potest istud sacramen-
tum iterari. Ista est sententia Tho-
me in quarto suo: dicit tamē qd si in-
ueniatur sententia alicui⁹ doctoris i
contrariū: nō cōdemnet eam. Illud
autem quod dicunt quidā qd ille qui
vinctus fuit si curetur nō debet se po-
stea balneare est quedā fatuitas: qd
sequeret qd ep̄s cuius caput fuit vn-
ctū chrisinate nō deberet lauare ca-
put cū eius vinctio sit dignior ista: tñ
qn infirmus inungit debet esse ibi
aliquis minister qui cū stupa abster-
gat locum vinctiōis & postea stupa
illa debet cōburi.

¶ Tractatus septim⁹ de sponsalib⁹
& matrimonijs & habet quq; capla.

¶ Expedito cum vel adiutorio tra-
ctatu de sacramentis que gene-
rant: vegetant: nutriunt: promouent
reparant hominem in vita spiritali.
li. restat tractandum de sacramento
quod hominē producit & generat in
esse & vita corporali: scilicet de sacra-
mento matrimoniij. Quia vero libel-
lus iste inuentus est propter simpli-
ces qui nō sunt multum in iure pro-
uerti ne allegationes multorū iuriū
tam de iure canonico q̄ de iure ciui-
li in ista materia plus q̄ in precedē-
tibus adducunt simplicibus & inin⁹
proiectis confusionem inducant: id
circo ab huiusmodi allegationibus
quantum potero abstinebo: cū sim-
plices hūmōi allegationes nec legere
necdum intelligere scirent. Quoniā
autem scdm philosophū: Sicut dis-
positio precedit formam sic sponsa-
lia precedunt matrimonij: ideo pri-
mo de sponsalib⁹ est agendus. Circa
que cōsideranda sunt quin q̄.

¶ Primo quid sint sponsalia & vnde
dicantur.

¶ Secūdo qualiter cōtrahant.

¶ Tertio qua etate debent cōtrahi.

¶ Quarto qd sit effect⁹ sponsalitiū.

¶ Quinto in quibus casibus dissol-
uuntur.

¶ Quid sint sponsalia & vnde dicantur.
Caplin. ij. septimi tractatus pri-
me partis.

¶ Sponsalia sunt futurarū nup-
tiarum promissio. Ex qua diffi-
nitione que cōmunis est canonistis
& legistis patet qd sponsalia debent
precedere matrimonij sicut presens
futurum. Dicunt autem sponsalia a
spondeo spondes quod idē est qd pro-
mitto promittis.

¶ Qualiter contrahantur sponsalia
Caplin. ij. septimi tractatus prime
partis.

*Remed. per
sponsa
lia hęc
cōtra vnde
de mōnō
mo*

de matrimonio

Qontrahunt sponsalia quatuor modis. **C**uno modo nuda promissione: sicut quoniam dicitur accipias te in vxore et accipiam te in virum. **A**lio modo darraris: sponsalitijs scilicet pecunia vel aliquibus alijs rebz. **A**lio modo annuli subarratione. et illud vulgariter dicitur desponsatio sed proprie subarratio nuncupat: **A**lio modo interueniente iuramento ita tamen quod semper sunt verba de futuro ut dicitur est quia si essent verba de presenti iam non essent sponsalia sed matrimonium.

Qua etate debent contrahi sponsalia *Cap. iij. septimi tractat. prime partis.*

Quoniam post septennium id est post etatem septem annorum tam pueri quam puelle incipiunt habere discretionem que requiritur in sponsalibus contrahendis. ideo post septennium possunt contrahi sponsalia. Si vero ante septennium ipsi vel parentes ipsorum eorum nomine contrahunt sponsalia nihil agunt nisi cum venerint ad septennium incipiat eis placere extunc valent. ita quod licet sponsus non agnoscat eam corporaliter sanguinea tamen ei non poterit habere in vxore nec econuerso.

Et nota quod etas contrahendi matrimonium apta in puella est. xij. annorum. in puero vero. xiiij. et si ante contrahunt non est matrimonium sed sponsalia tamen nisi fuerint etate nubili propinqui quod possunt carnaliter commisceri. bene valet tunc cum etate videtur malitia supplere.

Quis sit effectus sponsalium capituli. iij. septimi tractat. prime partis.

Sponsalia contrahuntur duobus modis. Quandoque contrahuntur

sub conditione apposita. quoniam pure Si contrahis sub conditione apposita. hoc potest esse multis modis quoniam aut conditio apposita est possibilis aut impossibilis aut necessaria. Si sit impossibilis: puta quod dixit contrahebam tecum si tetigero digito celum. Aut sit necessaria. puta si dixit contrahebam tecum si sol oriatur cras debet haberi pro non adiectis id est non appositis. Si autem conditio sit possibilis aut est honesta aut inhonesta. Si sit honesta: puta quia dixit contrahebam tecum si pater meus voluerit. vel si dederis mihi centum ducatos non tenet matrimonium nisi conditio apposita sit impleta. etiam si contrahebo sponsalia fuerit appositum iuramentum. etiam istud intellige. nisi carnalis copula fuerit subsecuta inter eos. quod tunc dicitur esse verum matrimonium inter eos. quod videntur a conditione apposita recessisse. Si vero conditio sit inhonesta et sit contra naturam et substantiam matrimonium puta si dicit contrahebam tecum si peures tibi venena sterilitate vel si pro pecunia tradas te adulteram. vel donec inueniam pulchriorem: ista conditio vitiat contractum ita quod non sunt sponsalia nec matrimonium. Si vero conditio sit inhonesta sed non contra naturam matrimonium: puta quia dixit contrahebam tecum si hominem interfeceris vel si furtum feceris et similia pro non adiecta debent haberi. et sunt abiectenda et tenent sponsalia.

Notandum tamen quod licet dictus sit quod sponsalia possint contrahi sub conditione promissae pecunie. non tamen potest promitti pecunia in modum pene: et si promissa fuerit non tenet promissio pene nec potest peti ut si dicat sic. nulli contrahebo tecum da bo tibi marcas centum. Non enim

valet additio pene: cui libera debeant esse coniugia. ff. de verbo. obli. c. de spon. l. ultra. Si autē contrabantur sponsalia pure. i. sine conditione: et sint ambo apti ad contrahendū matrimoniū si in sponsalib? interuenit iuramentum cōpellēdi sunt p? excoīcationem cōsumare matrimoniū: nisi forte timeat de uxoricidio vel aliquo alio periculo: sed si alter eoz? traxerit cum alio p? verba de pñti in iungetur ei penitentia de piurio & fide mērita & absoluetur ab excoīmunicatōe. Si autem nō interuenerit iuramentum monendi sunt cōsumare matrimoniū: nō cogendi: quia inuite nuptie malos p̄sueuerūt habere puentus. Si autē neuter est in etate nubili tenent expectare donec pueniant ad annos etatis legitime ad matrimoniū contrahendū. Et idē dico si vnus ē in etate legitima & alter nō: q̄a ille q̄ est in etate nubili tenet aliu expectare: vel si mutuo absoluerint poterūt iudicio ecclesie sepeari.

¶ In quibus casibus dissoluntur sponsalia. Laplin. v. septimū tractatus prime partis.

Si carnis est apud
EX quo sponsalia semel cōtracta sunt. semp ligant: ita q̄ si cōtracta sponsalia postmodū cum alia et nō est processum ad carnalem copulam compellendus est redire ad primā. Si vero cognouit carnaliter secundā cum siam matrimoniū dicat debet remanere cum secūda & nō redire ad primam.

¶ Soluunt autem sponsalia in octo casibus.

¶ Primus est si alter eoz? vult transire ad religionē: quod potest facere altero inuito: etiā si fuerit matrimonium per verba de presenti contra-

etum dūmodo nō fuerit p carnalem copulā cōsumati: & ille qui remanet in seculo est absolutus a vinculo sp̄s saluū & hoc q̄si alter fuerit p̄fessus i religione illa: extra de puer. cōiū. ca. ex publico. extra de spon. duo.

¶ Secundus est quando sponsus nō inuenitur quia transtulit se ad aliaz regionem: recepta tamen prius penitentia de periurio vel fide non seruata si per eum steterit quo minus matrimonium fuerit consummatuz: extra de spon. c. illis.

¶ Tertius si alter ipsoz? post cōtracta sponsalia incurrit lepram vel paraliū: aut oculos aut pedes aut manus amisit seu quicq̄ ei turpius aduenit: extra de p̄u. lepro. c. lras. & de iureiur. c. quēadmodum.

¶ Quartus si superuenit affinitas: puta quia sponsus cognouit cōsanguineā sponse vel cōuerso. & ad hoc probandū sufficit sola fama: extra de spon. c. preterea.

¶ Quintus si mutuo se absoluerint quidam tamen non recipiunt istum casum. Unde dicunt q̄ illa decretalis extra de spon. p̄terea nō est decretalis vel loquitur de permissione cōparatiua.

¶ Sextus si alter ipsoz? fuerit fornicatus: de iureiur. c. quēadmodū.

¶ Septimus q̄si sponsus de futuro facto cū alia vel sponsa cū alio contrahit per verba de pñti: vel per verba de futuro & sequit carnalis copula: tunc soluunt prima sponsalia p̄pter maius vinculū supueniēs: sed debet agere penitentia de fide vel pmissio ne mentita: extra de spon. c. p̄sultit. & de spon. duo. c. tua nos.

¶ Octauus quando minor venit ad etatem legitimam & petit se absolui a vinculo sponsalium & dari sibi licentiam nubendi alij: de sponsa. impu.

e. de illis. r. e. tua nos.

Et nota qd omnes isti casus pter primuz: quando scz vult transire ad religionem intelligendi sunt de spō salibus de futuro que pprie dicunt sponsalia.

Nota etiam qd in duobus casibus de predictis ipso iure solvunt. sponsalia scz quando intrat religionem. r quando contrahit matrimoniu. cū altero vel altera. In ceteris vero casibus absoluedi sunt per iudiciū eclesie.

Secda pars huius tractatus de matrimonio r habet octo capla.

Postqz tractatu est de sponsalibus dicendum est de matrimonio. Circa quod consideranda sunt octo.

Primo quid sit matrimoniu et vnde dicat.

Secdo qualiter pstrahat.

Tertio qñ vbi r quibus verbis fuit institutu matrimoniu.

Quarto que fuit causa institutonis matrimonij.

Quinto qui possunt pstrahere.

Sexto quot modis dicitur matrimoniu.

Septimo quot sunt bona matrimonij.

Octavo que impediunt matrimoniu.

Quid est matrimoniu r vnde dicatur Cap. j.

Matrimoniu a doctoribus definitur sic. Matrimoniu est viri r mulieris coniectio indiuiduaz vite consuetudinem retinens. Ad dicit viri r mulierum vel virorum r mulieris. quia nec vir plures mulieres. nec vna mulier plures viros habere potest. Dicit indiuiduam vite r.

hoc est qd neuter absqz consensu alterius potest continentiam proficere vel orationi vacare. r qd inter eorum viuunt vinculu permaneat cō iugale. Aliter diffinitur sic. Matrimoniu est viri r femine cōiunctio pfortiu. cōmunis vite diuini r hūani iuris communicatio. Dicit autem matrimoniu de mater matris r oī no munis. vnde matrimoniu quia si matris munium. id est officiu: qd dat mulierib? esse matres. r ideo magis denominatur a matre qz a patre quia eius officiu magis apparet i matre qz officiu viri.

Qualiter pstrahit matrimoniu Cap. ij.

Solo consensu contrahitur matrimoniu qui si solus desit cetera autem cum ipso coitu celebrata frustrantur. Ex quo enim vir per verba de presenti cōsentit maritali affectu. in mulierem r mulier in virum sine verbis consecretis dicit. Accipio te in meam. r illa respōdet. Accipio te in meum. Vel sic. Volo te decetero habere in vrom. r illa dicit. Volo te habere in virum. vel quibuscuqz verbis vel signis exprimat consensus statim est matrimoniu. Et dicit signis quia surdus r mutus possit contrahere matrimoniu verū tamen si loqui possent contrahētes verba sunt necessaria quantum ad eclesiam consensum mutuuz continentia vel experimentia.

Quādo r vbi r in quibus verbis fuit institutu matrimoniu La. iij.

In paradiso terrestri fuit institutum matrimoniu. r etiam ante peccatum. Quibus autem verbis fuit institutum dicunt aliqui qd istis scilicet. Crescite et multiplicamini r

*Ruade
gith
m...*

replete terram. Sed non credo istud esse verum. fuerunt enim illa verba potius benedictio nubentium. Unde dico q̄ verbis Ade prophetico ore placis fuit institutum quando dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis ⁊ caro de carne mea et propter hoc dimittat homo patrem ⁊ matrem ⁊ adheret uxori sue ⁊ erunt duo in carne vna. Unde de hoc supra de sacramētis in generali capitulo primo.

¶ Que fuit causa institutionis matrimonij. Caplin. iiii.

Que sunt cause principales matrimonij: id est licet sunt multe secundarie.

¶ Principalis causa ⁊ prima ē susceptio sobolis: ⁊ ppter hanc causam instituit deus matrimonium in paradiso ante peccatū inter primos parentes quibus dixit: Crescite ⁊ multiplicamini. Secunda causa est vitatio fornicationis: ⁊ ista causa habet locum post peccatum. Unde de ista dicit apostolus: Propter fornicationem vnusquisqz uxorem suā habeat ⁊ vnaqueqz virum suū.

¶ Cause secundarie sunt multe. s. pacis reformatio: vxoris pulchritudo: diuitie ⁊ similia: ita tamen q̄ principalis intentio illoz qui cōtrahūt nō ferat ad ista sed ad prima duo.

¶ Qui possunt contrahere matrimonium. Caplin. v.

Qui homo qui potest cōsentire in coniugalem affectū ⁊ carnalem copulam exercere nisi expresse prohibeatur potest cōtrahere matrimonium. Dico qui consentire potest: quoniā licet puer infra etatem legitimus institutus: hoc est infra. xiiij. an-

nos: et puella infra. xij. dicat verba apta ad matrimonium contrahendum: tñ quia consentire nō potest nullum est matrimonium. Similiter licet ille qui insanus est vel furiosus dicat illa verba nō contrahit matrimonium: quia cōsentire nō potest: ⁊ hoc verū est q̄dū est in furore institutus: quoniam si aliquis habet lucida interval- la ⁊ aliquando redit ad sanam mentem nubere potest ⁊ testari ⁊ omnia que alij possunt potest ⁊ ipse: vt habet. C. de codicil. ne codicill. xij. q. i. q̄uis triste. Dixi etiam carnalē copulam exercere. Et ideo q̄ caret vtroqz testiculo vel est frigidus naturaliter contrahere nō potest. Dixi etiam nisi expresse prohibeatur: quia editum de matrimonio contrahendo est prohibitorium: id est omnis qui nō prohibetur admittitur ⁊ contrahere potest. prohibetur enim aliqui propter votum: propter ordinem: et sic de alijs impedimentis de quibus dicetur infra.

¶ Et nota q̄ matrimonium contrahi potest inter absentes p̄ procuratorem sicut fuit factum inter multos.

¶ Quot modis dicitur matrimonium. Caplin. vi.

Matrimonium dicitur multis modis. Nam matrimonium aliud legitimum aliud clandestinum.

¶ Matrimonium legitimum est qñ ab his qui super feminā potestatem habent vxor peti⁹ ⁊ a parentibus desponsatur ⁊ legibus votatur ac a sacerdotibus vt moris est benedicitur: a paranympis custoditur ⁊ solemniter accipitur. Nō tamē intelligas quin sine solemnitatibus istis possit esse verum matrimonium: s. sicut est in alia sacramētis q̄ quedā sunt de necessi-

late sacri: quedā de solēnitate tñi ita
in matrimonio quedā sunt p̄tinētia
ad substantiā matrimonij sicut con-
sensus per verba de presenti exp̄ssus
et iste solus facit matrimonij. Que-
dam sunt ibi ad solēnitatē et decorē
sicut solēnitates p̄dicte sine quibus
est v̄x et legitimū matrimonij quā-
tū ad virtutē licet nō quantū ad ho-
nestatem.

Quid dicitur matrimonij est qñ
fit sine solēnitatibus p̄dictis et qui
sic p̄trahunt exponunt se magno pe-
riculo. possēt enim alter alterum di-
mittere quando vellet et de facto cum
alio vel alia p̄trahere et sic in adulte-
rio remanere. Unde talib⁹ p̄suledū
est in foro p̄nie vt de nouo i facie ec-
clesie contrahant.

Et aliud matrimonij initiatum:
aliud p̄sumatū. Initiatū p̄ verba de
presenti. p̄fectū sine p̄sumatū p̄
carnalem copulaz.

Notandū tamē qđ matrimonij
pōt esse p̄fectū duobus modis. Vno
modo in sanctitate. Alio modo in si-
gnificatione. Matrimonij pōt esse
p̄fectū sanctitate ante copulaz. Vnde
de Augustinus scribens ad quandā
que simul cum viro suo votum emi-
serat castitatis dicit sic inter cetera.
Non quia pariter temperabatur a
coniunctione carnali ideo marit⁹ tu-
us esse desiderat immo tanto sancti-
us coniuges manebitis quanto san-
ctioza concorditer seruabitis placi-
ta. Sed matrimonij non est perfe-
ctum ante carnalem copulaz. Coniū-
ctio enim corporum viri et vxoris si-
gnificant coniunctionem nature et
vine et humane in persona filij dei.
Videas hoc supra de sacramentis i
generali. c. j. Et sic soluitur ista que-
stio vtrum inter beatam virginem et
Joseph fuit p̄fectum matrimonij

um: quia fuit p̄fectum sanctitate s̄
non significatione. Quidam dicunt
matrimonij initiatū per sponsalia
de futuro ratum per p̄sum de pre-
senti consummatum per carnalem co-
pulas.

Item matrimonij aliud legit-
mum et nou ratum. aliud ratum et nō
legitimum. aliud ratum et legitimum
Matrimonij legitimum et non ra-
tum est inter infideles. Et dicitur le-
gitimum quia legali institutione vel
prouincie moribus non contra iussi-
onem domini contrahitur. sed non
est ratum matrimonij. quia scilicet
sine deo fit. Augustinus. Non est
ratum coniugium quod sine deo fit.
Ratum sed nō legitimum est quod
inter legitimas et fideles personas
fit sed sine legitima solēnitate con-
trahitur. Ratum et legitimum ma-
trimonij est inter legitimas per-
sonas cum debita solēnitate con-
tractum.

Quot sunt bona matrimonij.

Bona matrimonij p̄ncipaliter
sunt tria scilicet fides proles et
sacramentum. In fide attenditur ne
post vinculum coniugale cum alio
vel alia coeatur. In prole vt amāter
suscipiatur religiose edocetur. In sa-
cramento vt coniuguz non separet.

Et nota qđ prima duo bona quan-
dōqz sunt in matrimonio quādoqz
nō. Tertū vero inseparabiliter adhe-
ret matrimonio.

De impedimentis matrimonij
Cap. viij.

Impedimēta m̄rimonij sunt. xij
que impedūt m̄rimonij s̄benduz
et dirimūt iā p̄tractū. si tñ ipsa vt ali-
qđ ipoz p̄cedant m̄rimonij quū con-
sensum coniugalem excludunt. si vero

De impedimentis matrimonij

sequitur matrimonium nullum prestant impedimentum: sicut patet per ista exempla. furiosus non potest contrahere matrimonium: tamen si postquam contraxerit efficiatur furiosus non propter hoc soluitur matrimonium. Item qui habet utrumque testiculum siccum non potest contrahere matrimonium: si vero post contractum matrimonium siccat non propter hoc soluitur matrimonium. et ita intelligendum est de alijs impedimentis. Que autem sunt impedimenta matrimonij in his quatuor versibus continentur. Error conditio votum cognatio crimen. Lul? disparitas ius ordo ligamen honestas. Si lis affinis si forte coire nequibus. Nec facienda retat conubia facta retractat.

¶ Deeter ista duodecim impedimenta que impediunt et dirimunt matrimonium contrahendum sunt alia duo que impediunt matrimonium contrahendum sed non dirimunt contractum scilicet tempus feriarum et interdictum ecclesie. Unde versus: Ecclesie veritum necnon tempus feriarum. Impedit fieri permittit facta teneri. Quaaliter intelligi debeant dicendum est de vnoquoque eorum.

De impedimento Erroris.

¶ Numeratis omnibus impedimentis de quolibet eorum dicendum est. Et primo de impedimento erroris persone: quia ex sui natura non ex constitutione ecclesie sunt plerumque impedimenta que matrimoniale consensus excludunt: quoniam qui errat non consentit: vt ff. de iur. omni. iudi. nisi p. errorem. et errantis voluntas nulla est vt. C. de iur. et fa. igno. l. tunc p. testam. et l. idcirco non. Unde si mulier vel vir errent in matrimonio contrahendo nullus est consensus qui solus facit matrimonium.

¶ Nota tamen quod tripliciter potest esse error circa personam. Unus ipsi persone: vt si de Petro credit quod sit Joannes: erratur circa personam. Alius error est fortune: vt si de paupere credit quod sit diues. Alius est error qualitate: vt si de ignobili creditur quod sit nobilis: vel de corrupta quod sit virgo.

¶ Primus error scilicet persone impedit matrimonium: vt si credens contrahere cum Petro contrahit cum Joanne vel si credens contrahere cum Latherina contrahit cum Barbara nullum est matrimonium. Error autem qualitatis et fortune non impediunt matrimonium: verbi gratia: aliquis contrahit cum aliqua credens esse filiam regis vel virginem tamen ipsa est meretrix et filia rustici tenet matrimonium: vel credit contrahere cum diuite et contrahit cum paupere tenet etiam matrimonium. et. q. i. bis ita.

De impedimento conditionis.

¶ Impedimentum conditionis inducitur ab ecclesia in fauorem libertatis. Et de hoc sciendum est quod si mulier contrahit cum seruo suo scilicet: vel liber cum ancilla tenet matrimonium et validum est. Si vero libera contrahit cum seruo ignoranter quem credit esse liberum: vel liber cum serua nullum est matrimonium inter eos nisi postquam vir cognouit eius conditionem esse talem consentiat in eam verbo vel facto vel carnali copula.

¶ Nota tamen quod error deterioris conditionis impedit et dirimit matrimonium non autem error paris vel melioris: vt si seruus contrahit cum ancilla quam credit esse liberam: vel cum libera quam credit esse ancillam: quia non decipitur nec habet quod obijciat ei de conditionibus apposis in matrimonio. Unde supra de spō. c. iij. q. a.

Idem est iudiciū ibi & hic.

De impedimento voti.

Circa impedimentū voti nota qd i
telligit de voto continentie siue casti-
tatis. Et circa hoc notandū est qd du-
plex est votum continentie. nam quod
dam est simplex & quoddam solenne
Totū simplex impedit matrimonium
contrahendū sed nō dirimit iam con-
tractum. Totum autem solenne i-
pedit contrahendū & dirimit iam con-
tractum. Quod autem sit solenne li-
cet olim fuit altercatio inter docto-
res tamen hodie est declaratum per
dominum Bonifacium octauū ex-
tra de voto & voti redemp. c. quod vo-
tum li. vj. vbi dicitur qd votum solen-
nizatur quantum ad dirimendū ma-
trimonium duobus modis. Uno mo-
do per susceptioes sacri ordinis sci-
licet dyaconatus vel subdyaconatus
vel p̄byteratus. Alio modo per pro-
fessionem expressam vel tacitam fa-
ctam alicui de religionibus approba-
tis. Promoti ergo ad sacros ordines
vel religiosi nō possunt contrahere ma-
trimonium.

Nota penalē p̄stitutionē in consti-
tutionibus dñi Clementis p̄tra religi-
osos contrahentes de facto scz qd sunt
excoicati & irregulares: nec p̄t cū eis
nisi p̄ sedē apostolicā dispensari vt i-
de. s. de consang. & affi.

De impedimento agnatiōis

Cognatio est triplex quedam car-
nalis quedam spiritualis quedam le-
galis. Et primo videndum est de co-
gnatione carnali que naturaliter p̄-
cedit alias. & ista appellatur consan-
guinitas. Videndum est ergo quid
est consanguinitas & vnde dicatur
quid est linea consanguinitatis. quot
sunt linee. quot sunt gradus & quo-
modo computantur. & vsqz ad quez
gradum prohibeatur matrimonium.

Consanguinitas est vinculum per-
sonarū ab eodem stipite descendenti-
um carnali promulgatione contractū.
Stipitem dico illam personam a q̄
aliqui originem duxerunt: sicut Adā
fuit stipis Layn & Abel & filiorū qui
ex eis descenderunt. Dicitur autem
consanguinitas a con & sanguine q̄
si communem sanguinem habentes
vel de vno sanguine procedentes.

Linea est ordinata collectio perso-
narum consanguinitate p̄iunctarū
ab eodē stipite descendentiū diuer-
sos gradus p̄tens.

Linee sunt tres scz ascendentiū de-
scendentiū & transversaliū.

Prima est ascendentiū scz illorū
de quibus traxim⁹ originē. sicut pa-
ter mater. auus auia. abauus aba-
ua. pausus pauia.

Secunda est descendentiū. scilicet
illorū qui duxerunt originem
a nobis. sicut filius filia. nepos ne-
ptis. pronepos proneptis. abnepos
abneptis.

Tertia est transversaliū siue colla-
teraliū id est illoz a quibus nō du-
ximus originē nec ipsi a nobis vt fra-
ter soror: filij duoz fratru qui dictū
tur fratres patriuales. vel filij duaz
soroz qui dicuntur fratres p̄sobuni.
& eorundem filij vel nepotos vsqz ad
quartū gradū. Notant ista. xxv. q.
v. primo gradu.

Et nota qd due descendentes faci-
unt vnā lineam transversalem vt ap-
paret in hoc exemplo. filij duoz fra-
tru attinent sibi in linea transversali
& quilibet eoz a recta linea descēdit
ab auo eoz cōi qui fuit stipis cōis a
quo traxerunt originem. & sic de om-
nibus alijs est intelligendum. tam
de remotioribus q̄ de propinquo-
ribus.

Nunc videndum est quid est gra-

De imped
voti in
quatuor

duo. Et nota qd aliter cōputant gra-
dum canonistas et aliter legisse. Nam
scdm canonistas due pson em linea
trāsuerfali faciūt vnū gradū. Scdm
legistas quelibet facit vnū gradū: vt
puta duo fratres sunt in primo gra-
du scdm canonistas qui scdm legi-
stas sunt in secūdo. filij duoz fratru
scdm canonistas sunt in secūdo qui
scdm legistas sunt in quarto. et sic de
singulis.

¶ Sed quia istud parū aut nihil fa-
cit ad ppositū ideo dimittat et videat
mus quid sit gradus.

¶ Gradus est habitudo distantium
psonarū qua cognoscitur quota ge-
nerationis distantia due persone in
ter se differunt.

¶ Gradus ita computat in linea as-
cendenti: pater mater sunt in primo
gradu. auus auia sunt in secūdo. pro-
auus proauia in tertio. abauus ab-
auia in quarto.

¶ In descendenti linea computatur
sic: filius et filia sunt in primo gradu
nepos et neptis in secūdo. pronepos
proneptis in tertio. abnepos abnep-
tis in quarto.

¶ In trāsuerfali vero linea compu-
tantur sic: duo fratres sunt in primo
gradu. filij duoz fratru sunt in secū-
do. nepotes eoz. i. duoz fratrum in
tertio. pnepotes i quarto: vltra quē
gradum nulla cōsanguinitas hodie
p̄tenditur quantū ad impediendum
et dirimendū matrimonium: licet an-
tiquitus p̄tendebat vsq; ad septi-
mum gradum.

¶ Videndum est qualiter scdm istā
doctrinam cōsanguinitas inueniē-
da et computanda est inter aliquos.
Cum igitur vis scire de aliquib; pu-
ta Sixto et Barbara quoto gradu cō-
sanguinitatis attineat sibi accipe ali-
quem cōmūnem parentē a quo am-

bo traxerunt originem: verbi gratia
¶ Petrus generauit Jacobū et Joan-
nem qui fuerunt fratres ecce primus
gradus. Vt si nō potes scire qd fuit
pater eorum dicas Jacobus et Joan-
nes fuerunt fratres hoc idem dico:
quia semp fratres ponēdi sūt in pri-
mo gradu. Vt si frater et soror vel due
sorores. ¶ Procede ergo in computa-
tione sic: Jacobus et Joannes fuerūt
fratres qui vt dictum est faciunt pri-
mum gradum. Jacobus generauit
Andream: ecce secūdus gradus. An-
dreas generauit ¶ Philippū: ecce ter-
tius gradus. ¶ Philippus vero gene-
rauit Sixtum: ecce quartus gradus
de quo nunc agitur. Adhōdo reuertā-
ris ad Joannem qui fuit frater Ja-
cobi et procedas sic: Jacobus et Joan-
nes vt dictum est fuerunt fratres in
primo gradu. Joannes genuit Tho-
mas genuit Barbarā de qua nunc
agimus: ecce tertius gradus. Vidēs
ergo qd Sixtus et Barbara attinent
sibi ex vna parte in quarto gradu et
ex alia in tertio et in quarto: et hoc lo-
quēdo vsualiter: qz scdm veritatē nō
attinēt nisi in quarto gradu. et sic nō
potest esse matrimonium inter eos.

¶ Illud idē faciendū est de illis qui
magis vel minus vicini sunt in cō-
sanguinitate dicendo in tali gradu et
in tali gradu attinent sibi.

¶ Et nota qd computandi sunt gra-
dus et numerande persone colligitur
expresse ex illis duobus decretalib;
extra de con. ca. tua nos. Et extra de
test. ca. licet quidam.

¶ Sed pone due persone attinent si-
bi ex vna pte in secūdo et tertio gra-
du et ex alia parte in quinto nūquid
possunt contrahere matrimonium in-
tra se! Dico qd sic: quia semper stan-
dum est remotiori persone in cōsan-

uini
In
ext
Un
gu
ant
ter
hoc
nat
ter
vin
gra
vlt

C
du
de
rit
mo
bu
C
fin
ti
bi
ru
lis
re
C
su
ni
q
in
tr
er
te
q
et
c
t
C
fi
t
C
P

uinitate. extra de sang. & aff. c. vi.
 In hoc enim casu remotior persona
 extra metam consanguinitatis existit
 Unde non attinet sibi ex quo sang
 guinitas nō est inter eos. quia sicut
 antiquitus omnis consanguinitas
 terminabatur in septimo gradu. ita
 hodie omnis consanguinitas termi
 natur in quarto. Et dicitur potest pa
 tere q̄ consanguinitas impedit & di
 rimit matrimonium vsqz ad quartū
 graduz cōsanguinitatis inclusiue & nō
 ultra.

De cognatione spiritali.

Cliso de cognatione carnali vidē
 dum est de cognatiōe spiritali. Un
 de videndum est que est cognatio spi
 ritualis. quot sunt eius species. quo
 modo impedit matrimonium. in qui
 bus sacramentis contrahit̄.

Cognatio spūalis est propinqtas
 siue pprietas pueniens ex sacramē
 ti datione vel administratione. ver
 bi gratia. Sacerdos baptizat puerū
 ru suscipit eū. vterqz vestrū est spūa
 lis pater istius pueri & compater pa
 rentū eius.

Species spiritalis cognationis
 sunt tres. Prima dicitur compater
 nitas. & dicitur compaternitas a cō
 quod est simul & paternitas quasi si
 mul paternitas. Nam vnus compa
 trum semper est pater spiritalis pu
 eri & alter carnalis. Alia dicitur pa
 ternitas & ista attenditur inter eum
 qui suscipitur & illuz qui suscipit id
 est inter pueruz & patrum. Alia di
 citur fraternitas que attenditur in
 ter filium tuum spiritualem & inter
 filios carnales.

Restat ergo videndum quid iuris
 sit de matrimonio talium. Et primo
 dicendū est de compaternitate.

Notandum enim q̄ duplex est cō
 paternitas. quia quedam est directa

illa scilicet quam ego contraho per
 meipsum & ista ipedit & dirimit ma
 trimonium. vt si ego suscipio filium
 berthę mulieris vel ipsa meum nun
 quid potero eam habere in vxorem
 & si accepero eam seperanduz est ma
 trimonium. Ita dicitur extra de co
 gna. spi. veniens. Alia dicitur com
 paternitas indirecta siue emergens
 illa scz quam vnus coniuguz postqz
 sunt vna caro effecti cōtrahit pactū
 alterius. sicut illa quam contraho p
 actuz vxoris mee postqz est a me cor
 poraliter cognita. sicut si vxor. mea si
 lium aliorum suscipit ambo parētes
 pueri sunt compateres mei q̄uis ego
 non suscipiam eum quoniam cōmu
 nicant sibi coniuges ad inuicē actio
 nes. Et de hoc ponitur exemplū cui
 dentissimum in quadaz decretali ex
 tra de cogna. spi. c. martinus vbi di
 citur sic. Martinus duxit bertham
 in vxorem & lotharius leuauit de sa
 cro fonte filium martini & berthę de
 inde mortuus est lothari⁹ & berthę
 & remanserunt martin⁹ & thebertha
 cui maritus suus scilicet lotharius
 acquisierat compaternitatem per si
 lium martini. querebatur vtrū mar
 tinus posset contrahere matrimonium
 cum dicta thebertha. Et respon
 det dominus papa q̄ nullo modo. &
 sic patet q̄ compaternitas tam dire
 cta q̄ indirecta impedit matrimoni
 um contrahendum & dirimit iam cō
 tractum.

Modo videndū est de spaternita
 te que attendit̄ inter suscipientē & illū
 qui suscipit. i. paternū & maternā. &
 filioli & filioliā. Et est dicendū q̄ nun
 q̄ p̄t esse m̄rimonium inter tales. & si
 straxerint de facto sunt separandi.

Vltimo videndum est de fraterni
 tate spūali que attendit̄ inter filioli

et filiolam spirituales et filios et filias
carnales patris. Et hi doctores anti
qui varia dixerunt circa materiam istam
firmiter et sine omni dubitatione te
nuendum est quod omnes filii duorum con
patrum siue ante compaternitatem
genti siue post possunt legitime ma
trimonialiter copulari: excepta illa
persona mediante qua peruentus est
ad compaternitatem. nam illa nunquam
potest copulari matrimonialiter ali
cui filioz sui patris spiritualis.

¶ Item nota quod compatere licite po
test accipere in uxorem filiam copat
ris sui: nisi sic illa mediante qua con
patres sunt effecti.

¶ Solet queri utrum quis duas com
matres in uxores: unam scilicet post aliam
habere possit? Ad hoc dicendum quod
refert utrum comaternitas precedat
matrimonium vel sequatur. Si pre
cedat: licite potest habere duas com
matres in uxores: verbi gratia: Adaria
et Bertha sunt comatres: postea
Martinus contrahit cum Adaria et
eam cognoscit: ea mortua potest con
trahere cum Bertha. Et causa est:
quia per unionem carnis sequentes
non trahuntur ad unionem spiritus
precedentem. Si autem comaterni
tas sequatur matrimonium supple
per carnalem copulam consumatus
tunc distingue: quia si uxor tua susci
pit filium alterius tunc ista cuius fi
lius suscipitur efficitur comater tua
per factum uxoris tue et mortua uxo
re tua non poteris illam habere in uxore.
Et eandem compaternitatem in
telligas acquiri uxori per maritum.
Si vero filium uxoris tue quem de
viro alio genuit aliqua mulier de sa
cro fonte leuauerit vel ad confirma
tionem coram episcopo tenuerit: illa
mulier est comater uxoris tue et non
tua: quia non fuit tibi comaternitas

acquisita: unde mortua uxore tua po
teris eam habere in uxorem. Idem est
si filius tuus quem de alia muliere ge
nuisti suscipiat ab aliquo: quia non
est acquisita comaternitas uxori tue.
Et in hoc casu sicut in alio potest ali
quis habere duas comatres in uxores
et aliqua duos compatres in ma
ritos. Et istud scire potes per istos
quatuor versus: Que mihi vel cum
mea natum fonte leuauit. Nec mea
comater fieri mea non valet uxor. Si
qua mee natum non ex me fonte leua
uit. Hanc post facta mee non me ve
tabor habere.

¶ Notandum etiam quod laicus non po
test contrahere matrimonium cum
illa quam baptizauit: et si de facto con
traxerint est matrimonium dissoluen
dum: extra de cognat. spi. ne di. li. vj.

¶ Item nota quod filius sacerdotis vel al
terius viri qui baptizauit puellam non
potest contrahere cum dicta puella in
ca. pallegato nedum.

¶ Notandum etiam quod solum per sa
cramentum baptismi et confirmatio
nis contrahitur spiritualis cognatio
que impedit matrimonium contra
hendum et dirimat iam contractum.
Per cathecismum autem licet con
trahatur talis quod impedit matrimo
nium contrahendum: non tamen con
trahitur talis cognatio quod dirimat iam
contractum: extra de cognat. spi. p
cathecismum. li. vj.

¶ De impedimento cognationis
legalis.

¶ Quia cognatio legalis que adop
tio dicitur vir aut nunquam habetur in
usu et parum tractatur de ea in iure
canonico: ideo de hoc suspcedo quod
ad nunc.

¶ De impedimento criminis.

¶ Crimiuum quedam impediunt ma

trahendū & dirimūt iam tractā: sicut incestus & homicidū raptus aliene vxoris: solennis penitentia. Et si quis insidiando matrimonio propriū filium de fonte suscipit vt possit eaz priuari carnali debito & copula sui. Itē homicidū p̄f byteri omnia ista crimina & forte multa alia impediūt vt dixi matrimonium trahendū sed nō dirimunt iaz contractum. immo si sint adolescentes & timeatur de eoz incontinentia etiam debet eis dari licentia nubēdi.

¶ Sunt autem tria crimina que nō solum impediunt contrahendū immo etiam dirimunt contractū. Primum est quando aliquis adulteratur cum aliqua coniugata & iste cum alia machinatur in morte viri adultere cum effectu vel in morte vxoris viri vt simul contrahant. in hoc casu contrahere non debent & si cōtraxerint sūt sperandi. Scdm̄ est si adulter p̄stat fidem adultere vt ducat eā post mortem legitimi ei? mariti vel post mortem vxoris viri adulteri. Tertium ē quando non prestat fidem deducendo eam sed eam simpliciter ducit. q̄a vt dicit Celestinus papa. Plus est ducere q̄z fidez dare deducendo. Et istum casuz intellige quando primū matrimonium est verum & legitimū quoniam si non fuerit verum sed putabatur esse verum nullum prestat impedimentum scdo matrimonio. Si vero nullum illorum casuum interuenierit bene potest quis contrahere cum ea quam polluit per adulterium.

¶ Nota etiam q̄ si mulier que trahit cum coniugato scit eum esse conjugatum nunq̄z potest eam habere post mortem vxoris. sed si ignoraret eum esse coniugatum. immo crederet eū esse solutum nō obstante eo q̄ traxit

cū eo viuente vxore legitima poterit cōtrahere cū eo post mortem vxoris legitime.

¶ De impedimēto disparis cultus. Ad hoc q̄ matrimonium sit ratuz & legitimū oportet q̄ vterq̄ coniugū sit fidelis. Unde fidelis nō potest cōtrahere matrimonium euz iudea vel sarracena vel gentili vel pagana. & si contraxerint de facto nullum est matrimonium. Spōsalia tamen potest fidelis cum infideli contrahere sub ista forma q̄ infidelis conuertat ad fidem. Infidelis tamen potest cōtrahere euz infideli dummodo sint eiusdem ritus: scilicet iudeus cū iudea: sarracenus cū sarracena.

¶ Sed pone alter coniugum conuertitur ad fidem & alter remanet in infidelitate quid est de istis. Dico q̄ si aliquis infidelis non vult habbitare cum fideli vel si vult cohabitare non tamen vult cohabitare sine cōtume lia creatoris. vel absq̄ hoc q̄ trahat eum ad infidelitatem vel ad peccatū mortale. In istis tribus casibus cōtume lia saluatoris soluit ius matrimonij quantum ad fidele. Et potest fidelis licite contrahere nec est differentia quantum ad hoc vtrū cōuersus fuerat iudeus vel paganus: quoniam idem est ius hodie in vtrisque. Si autem infidelis vult cohabitare fideli sine aliquo predictorum trium. & si fidelis vult cohabitare secuz bene facit vt dicit apostolus in .j. eplā ad Corinth. Si autem non vult cohabitare secuz nō est cōpellendus tñ illa vel illo viuente nō poterit cōtrahere euz aliquo vel cum aliqua q̄z diu durat matrimonium.

¶ Sed si vnus iudeus vel paganus contraxit cū cōsanguinea sua scdm̄ ritum suum conuertitur ad fidem:

post conuersionē remanebit tale ma-
trimonium. Dico q̄ dūmodo nō cō-
traxerint in gradibus diuina lege p̄-
hibitis qui ponūtur Leuitici. xvij.
quia infideles nō artant canonici s̄
instituti s̄ p̄ sacramento baptisimi
nō soluunt coniugia sed crimina di-
mittuntur.

¶ Item vnus pagan⁹ plures habēs
mulieres siue vxores conuertitur ad
fidem nunquid retinebit omnes vel
quā ex eis retinebit? Dico q̄ solum
retinebit illas q̄ fuit priā ei⁹ vxor: q̄
nulla aliarū fuit vera eius vxor. Si
autem alter coniugū labatur in here-
sim vel in infidelitates qui manet in
fide non potest contrahere nec tenet
continere: quoniam licet in isto casu
sit contumelia creatoris sicut in pri-
mo tamen matrimoniū fidelium ra-
tum est ⁊ nullo casu supueniente po-
test dissolui. matrimonium autē in
fidelium nō est ratum ideo dissolui
legitime potest.

¶ De impedimento violentie.

¶ Violentia de sui natura etiam si-
ne constitutione ecclesie impedit ma-
trimonium: quia excludit consensum
liberū qui solus facit matrimonium.
¶ Nam vbi metus vel coactio interue-
nit nō potest consensus locum habe-
re. Sed quia magna est differentia
inter vim ⁊ vim ⁊ metum ⁊ metum:
ideo videndū est quid sit vis vel co-
actio ⁊ metus ⁊ que violentia ⁊ quis
metus.

¶ Vis siue violentia est maioris rei
impetus qui repellī nō potest.

¶ Metus est instantis vel futuri pe-
riculi mentis trepidatio.

¶ Vis siue violentia siue coactio q̄
p̄ eodem accipio alia leuis alia vio-
lenta. Leuis nō excludit consensum
matrimoniale sed violenta excludit.

¶ Violenta coactio est cū q̄s trahit

accipit inuitus ducit vel ligat.

¶ Item metus alius cadit in cōstan-
tem virum alius non. Ille qui cadit
in constantem virū accusat ⁊ exclu-
dit consensum matrimoniale. Quid
autem sit metus qui cadit in cōstan-
tem virum. Dicendū q̄ metus mor-
tis cruciatus corporis seruitus stu-
prij. Et de hoc sunt versus: Excusare
met⁹ hoc posse puta q̄a nescis. Stu-
prij siue status verberis atq̄ necis.

¶ Notandū etiam q̄ iste metus pos-
set cadere in vna persona ⁊ nō cade-
ret i alia: sicut talis metus posset ca-
dere in me qui nō caderet in rege: q̄
nō est verisimile hominem dare vis-
nitatis i vrbe timuisse: vel q̄ rex me-
tu parui militis timeat. ff. quod me-
tus causa. l. nō est verisimile. verita-
men si apertissimas probationes de
metu habere repellitur presumptio
que contra eum est: vt dicitur ibidē:
⁊ sic iudex scdm̄ diuersitatem perso-
narum ⁊ locorū iudicabit qualis sit
metus: ⁊ scdm̄ hoc iudicabit p̄ ma-
trimonio vel contra.

¶ Notandum tamen q̄ qualiscūq̄
sit metus vel violentia: si mulier que
allegat metum vel violentiam stete-
rit per annum ⁊ dimidium cum viro:
vel si consenserit in carnalem copulā
nō debet postea audiri si allegat me-
tum vel violentiam.

¶ De impedimento ordinis.

¶ Ordinū vt dictū est supra quidā
sunt minores: scz hostiarius: exor-
cistatus: lectoratus: acolitatus ⁊ isti
nō impediūt matrimonium cōtrahen-
dum nec dirimunt iam contractum
Alia autem dicuntur maiores. s. sub-
dyaconatus: dyaconatus: presbyte-
ratus: ⁊ isti impediūt matrimonium
contrahendum ⁊ dirimunt iam con-
tractum: quia isti ordinibus votus
solenne est annexus.

interdum p p 2 q 9 August

cl

**De impedimento ligatio-
nis alterius.**

Impedimentū istud scz cum quis est alligatus alteri uxori adeo semper est validus q̄ anteq̄ aliqua constitutio ecclesie sup hoc emanaret. nūq̄ q̄ allegatus uxori potest vel potuit alia recipe nec vnq̄ licuit hoc absq̄ speciali dispensatione dei qui fuit institutor matrimonij. sicut dispensauit cū Abraham & Jacob & alijs patriarchis. Sed qm̄ aliquis potest esse ligatus mulieri per sponsalia tm̄ & aliquis p̄ matrimonij videndum quid iuris sit in vtrifq̄.

Et ideo notandū q̄ si aliquis contraxit sponsalia cū aliqua per verba de futuro nō debet contrahere cum alia. nec illa cū alio. r̄ si cōtraxerit cū alia sponsalia etiam per verba de futuro debet dimittere secundam & redire ad primam. Si autem contraxerit cum secunda sponsalia per verba de presenti vel per verba de futuro & secuta fuerit carnalis copula debet stare cum secunda etias si sponsalia contracta cum prima fuerint cū iuramento vallata. sed debet agere penitentiam de periurio & fide mentita. Si autem est matrimonialiter alligatus uxori sed non est secuta inter eos copula carnalis: pōt alter altero inuito religionem intrare. & qui remanet cum alio vel cum alia contrahere potest. Si autem inter eos secuta fuerit carnalis copula nūq̄ q̄ diuixerint possunt se dimittere nisi cā fornicationis: & tunc si dimiserint vel reconcilierint vel remaneant inuupti quoniam scdm̄ verba saluatoris si alteri nupserint mechant̄.

Sed ponat̄ vxor credit maritum mortuum contrahit cum alio. Dico q̄ diu ita credit nec ille reuertitur excusatur ab adulterio & fornicatione

per ignorantias facti & filij si quis ex secundo suscepit iudicatur legitimi sed statim cum reuertit̄ primus debet recedere a secundo & redire ad primum quod si nō facit adultera iudicatur. Sed quid si non reuertit̄ credit tñ eū viuere: quid faciet. Non exiget debitū a marito quē accepit. reddat tamen exigenti. Istud p̄silij dat̄ extra de secundis nuptijs. dominus & redemptor.

Item pone vir iuit ad exercitiū contra sarracenos vel in regionem longinq̄ nō reuertitur nescitur vtrū sit viuus vel mortuus quid faciet vxor. Dico q̄ q̄stum cumq̄ sit iunūcula cōtrahere non potest donec sit certa de morte mariti. Sed qualiter certificabit̄. Respondeo q̄ p̄ iuramentū illi sub quo militauit & etiā istoz q̄ mortem eius nouerint. & scdm̄ leges adhuc debet expectare per annū anteq̄ nubat̄. scdm̄ canones statim post iuramentum prestitum contrahere potest: extra de secundis nuptijs. super illa.

De publice honestatis iusticia. Publice honestatis iusticia ē impedimentum ab ecclesia introductū p̄pter eius honestatē. Cuius due species erant antiquit̄. iā autē est vna tantū que p̄trahit̄ ex desponsatione. puta si aliquis desponsauit puellā septē annoz licet eā nō agnoscat nullū tamen de cōsanguinitate eius poterit eam habere in vxore: nec ipse alia de cōsanguinitate eius. ideo dixi septē annoz. qz si ante septē sponsalia pura & certa id est sine conditione contrahantur nullius sunt momenti. nec aliquod prestant impedimentum nisi post septēniū sponsalia pbauerit.

Nota etiam q̄ declaratum est hodie de iure nono q̄ licet spōsalia sine nulla ratione cōsanguinitatis aut

non iuit

interdum

interdum

affinitatis aut religionis aut quacūq;
alia ratione dūmodo non sint nulla
ratione etatis prestatur impedimen
tum publice honestatis iusticie: ex
tra de spon. c. ex sponsalibus li. vj.

De affinitate
C De affinitate.
Affinitas est p̄mitas personarū
ex carnali copula proueniens omni
carens parentela. Et dixi ex carnali
copula proueniens quia tam p̄ fomi
cariam q̄z p̄ matrimonialem copulā
contrahitur affinitas. Et licet olim
essent tria genera siue tres modi affi
nitatis: tamen hodie primū genus
tamen stat secundo ⁊ tertio de medio
sublati.

Nota ergo q̄ primū genus affini
tatis contrahitur ex persona addita
consanguinitati per carnalem copu
lam iuxta illam regulā que dicit q̄
persona addita persone p̄ carnis p̄
pagationem mutat gradum attinen
tie sed non mutat genus: sed persona
addita persone per carnis cōmixtio
nem mutat genus attinentie sed non
gradum. Unde versus: Mutat nup
ta genus sed generata gradus. Et ut
melius intelligatur ponat̄ exemplū.
Ecce ego ⁊ soror mea sumus vna cō
sanguinitas. accipiat soror mea ma
ritum siue amasium scz Petrus: iste
Petrus qui est persona addita con
sanguinitati mee per carnis cōmix
tionē mutat genus attinentie sed nō
gradum: quia Petrus nō est consan
guineus meus sed est mihi affinis: ⁊
sic mutat genus attinentie sed nō mu
tat gradum: quia sicut soror mea est
consanguinea mea in primo gradu
ita Petrus est mihi affinis i primo
gradu. Et itez intelligas de maritis
vel amasij omnium consanguinearū
meorum: quia in quoto gradu con
sanguinitatis ipse attinent mihi in
toto gradu affinitat̄ mariti vel ama

si earum attinent mihi. Et q̄ dixi
de maritis consanguinearū meorum
idem per omnia intelligas de vxorū
ribus consanguineorū meorum: quia
in quoto gradu ipsi sunt mihi cōsan
guinei i toto gradu ipse sūt mihi affi
nes: nam si aliquis est mihi consan
guineus in secundo gradu: vxor sua
est mihi affinis in secundo gradu. ⁊
sic de alijs gradibus. Idem dico de
cōsanguineis vxoris mee: q̄ in quo
to gradu sunt consanguinei sibi i to
to gradu sunt affines mihi ⁊ omnes
consanguinei mei sunt affines vxori
mee in illo gradu in quo sūt mihi cō
sanguinei. Et ideo nota q̄ sicut con
sanguinitas vsqz ad quartum gradū
impedit matrimonium contrahen
dum ⁊ dirimit iam contractum: ita
affinitas vsqz ad eundem gradū fa
cit idem.

Notandum etiā q̄ cum gradus
in affinitate habeat ortum ex cōsan
guinitate: euz dubitatur de affinita
te aliquorū recurrendum est ad illam
personam qua mediante fuit ventus
ad affinitatez ⁊ requirendū est quo
to gradu distat ab illa p̄sona de qua
agitur scdm̄ modum supra assigna
tum de consanguinitate: vbi dictum
est quomodo gradus sunt cōputan
di in consanguinitate: nā in quoto gra
du distant in cōsanguinitate in toto
distant in affinitate.

Notandum etiā q̄ licet vxor con
sanguinei mei sit affinis mihi: tñ si
lius quem suscepit ex consanguineo
meo nō est mihi affinis sed consan
guineus: sed si habeat filius ex alio q̄
nihil mihi attinet ille filius nec esset
mihi affinis nec consanguineus: fi
lius autem cōsanguinei vxoris mee
erit mihi affinis sicut parens suus:
sed in alio gradu: q̄ si parens est in
primo filii erit in secundo ⁊ sic de alijs.

Notandū etiā q̄ licet moriat̄ con-
sanguineus mediāte quo p̄trahit̄ af-
finitas p̄sona t̄n que sup̄iuit̄ rema-
net̄ mihi affinis.

Notandū etiā q̄ licet dictus sit q̄
affinitas contrahitur per concubi-
tum fornicarium intelligendum ē si
fiat ordine nature quia si aliquis co-
gnosceret aliquam contra naturam:
hoc est extra vas debitum aliqs pol-
lueret aliquam. Quis talis pollutio
sit execrabilis & criminosa & damna-
bilis: nulla tamen ex tali concubitu
contrahitur affinitas quia talis co-
cubitus nec facit sanguinis nec semi-
nis commixtionem: nec carnis unita-
tatem per quam contrahitur affini-
tas. Et idem videtur mihi dicendus
si aliquis inuasit claustrū pudorali-
citus vel posuit virgā viridem infra
membrū mulieris nō tamen perue-
nit ad p̄sumationē operis q̄ ex hoc
nulla contrahitur affinitas. Ita di-
cunt Raymondus & Hostiensis q̄a
commixtio seminum requiritur ad
affinitatem.

De impotentia coeundi.

Inter alia impedimēta matrimo-
nij impotentia coeundi obtinet ma-
ximum locum quia contrariatur di-
recte & ex natura sui matrimonio q̄d
ordinatur ad prolem suscipiendā: v̄l
ad fornicationem vitandā: & v̄triq̄
istoz p̄trahit̄ impotentia coeundi.
Quia vero nō ois impotentia coeun-
di hoc facit videndū est quid est im-
potentia coeundi: que sunt eius spe-
cies que impediunt matrimoniu &
que non.

Impotentia coeundi est vitū au-
tū vel corporis vel v̄triusq̄ quo q̄s
impedit̄ alteri commisceri carnali-
ter.

Species istius impotentie sunt
multe quoniam alia est naturalis alia

accidentalis. Naturalis est vt frigi-
ditas in viro. artatio in muliere. de-
fectus etatis in puero: Accidental-
is vt castratio maleficiū q̄d fit per que-
dam maleficia que dicunt̄ sortes si-
ue fracture.

Item naturalis impotētia alia tē-
poralis alia perpetua. Naturalis i-
potentia sicut temporalis impedit ma-
trimoniū per t̄ps q̄d durat sicut ē de-
fectus etatis in puero: quia q̄z diu est
minoris etatis non potest contrabe-
re matrimoniu vide supra de spon-
saliibus. c. iij. Naturalis impotentia
sicut frigiditas in viro si sit perpetua
impedit matrimoniu cōtra hēndū
& dirimit iam contractum. De arta-
tione que ē in muliere dicas ita q̄m
si potest ei subuenire beneficio medi-
cine vel p̄ continuū vsū cum homi-
ne cōuenientis stature non impedit
matrimoniu cū illo a quo p̄t̄ p̄gno-
ser carnaliter. Et nota q̄ si p̄ artatio-
nē separēt ab illo qui eay p̄gnoscere
nō potest & p̄ vsū alterius cui se co-
pulant̄ sit facta idonea primo est se-
peranda a secundo & reddēda primo.
Si vero sit talis artatio q̄ ei subue-
nire nullo modo possit beneficio me-
dicine impedit matrimoniu cōtra-
hēndū & dirimit iam contractum.
Si autem sit impotentia accidental-
is sicut est castratio firmiter tenendū ē
q̄ talis impotentia impedit matri-
moniu contrahēndū & dirimit iā cōtra-
ctum. De maleficio autem di-
stigue: quia aut est temporale aut p̄-
petuu. Si sit temporale nullum p̄e-
stat impedimentum. si perpetuum i-
pedit cōtrahēndū & dirimit iā cōtra-
ctū. Si querās quomodo sciet̄ si sit
tpale an perpetuū. Dico q̄ a princi-
pio omne maleficiū reputat̄ tempo-
rale. sed ex quo per trienniu & cohabi-

tanerunt dantes studiose operaz co-
pule carnali si ad huc durat impedimē-
tum reputat maleficiū ppetum.

¶ Notandum autem qd id quod di-
ctum est de castratide & maleficio in-
telligendū est quando precedunt ma-
trimonium: quia si superueniāt ma-
trimonio nullū prestant impedimen-
tum. Et idem intelligo de quolibet
alio impedimento. Et intelligo omnia
que dixi de matrimonio fideliz: quia
de matrimonio quod est inter infu-
deles nihil quo ad nos.

¶ De diuortio quod fit per impedi-
menta non dico aliquid: quia istud
pertinet ad officiales seu prelatos nō
autem ad curatos quibus dirigitur
presens libellus.

¶ De tempore feriarum.
¶ Dicto de impedimētis que impe-
diunt matrimonium contrahendū
& dirimunt iam contractū dicendū
est de impedimentis que impediūt
contrahendū sed non dirimunt iā
contractum.

¶ Ergo circa tempus feriarū nota
qd in tempore feriarum possunt con-
trahi sponsalia & etiā matrimonii
qd solo consensu & trahit: sed tradu-
ctio vxoris nuptiarū solēnitās & car-
nalis copula phibent.

¶ Et nota qd tempus feriarū est ab
aduētū domini vsqz ad octauas epi-
phanie inclusiue. et a septuagesima
vsqz ad octauas pasce. & a tribus die-
bus ante ascensionem vsqz ad octa-
uas penthecostes. & de hoc habetur
versus: Aspiciens veterū circum qua-
si quis benedicta. Non licet hic licet
hic non licet hic licet hic non.

¶ De tempore interdicti.

¶ Circa interdictū ecclesie istud fir-
miter tenendum est qd quando aliqz
prohibetur contrahere cum aliqua:
vel quia forte dicitur esse consangui-

nea eius vel affinis: vel forte sponsa
alterius non debet contrahere: sed si
contrahant & nullum impedimentū
nisi interdictū ecclesie impediāt pos-
sunt simul manere & nō sūt separan-
di. ar. contra: quia in primo gradu sci-
licet propter consanguinitates sepa-
ratur matrimonium: de affi. ca. non
debet. C. cum ergo. In secūdo gradu
scilicet propter affinitatem eo. co. ex
litteris. de spon. c. sponsam. Tertio
etiā casu quando aliquis videlicet
contrahentium per verba de presenti
alteri desponsatus est si postea con-
trahat dirimē secundū contractus
de spon. duoz. c. accepisti. & c. licet.
nisi ad tempus vt agant penitentiaz
quia mandatum ecclesie contempse-
runt. Et ita sunt intelligendi omnes
canones qui dicunt eos esse sepe-
randos: quia exponendū est nō simpliciter
sed ad tempus.

¶ Sane vt diuersa pcula circa ma-
trimonium euitent statutum fuit in
concilio generali vt euz matrimonia
fuerint & trahenda in ecclesijs a pres-
byteris publice proponatur compe-
tenti termino presinito vt infra illuz
qui voluerit & valuerit legitimū im-
pedimētū apponat & ipsi presbyteri
nihilominus inuestigent vtrum aliqz
impedimentū obsistat.

¶ Cum autem apparuerit probabi-
lis coniectura contra matrimoniu
contrahendū contractus prohibeat
exp: esse donec quid sit faciendū sup-
eo manifeste apparuerit seu consti-
terit documentis. Si autē parochia-
lis sacerdos istud facere contempse-
rit vel quilibz regularis qui clādesti-
no matrimonio inter fuerit p trien-
nium ab officio suspēdatur: grauius
puniendus si culpe qualitas postu-
lauerit: sed & his qui taliter copulari
psumpserint etiā in gradu pcessio

digna penitentia iniungatur. Si qđ
autem contra matrimoniu legitimu
malitiose impedimentu obierit p
ter penitentiam quam facere debet
de peccato canonicā nō debet effuge
re ultionem. ⁊ istud optime. seruat i
ecclesijs Gallicanis vbi per tres vi
es solennes anteqz contrahatur ma
trimonium in ecclesia publice. indi
citur qđ si aliquis sciat aliquod impe
dimentum quare matrimoniu nō
debeat fieri proponat illud. ⁊ vocan
tur banna in frantia ⁊ quicūqz istis
bannis ptermissis contrahit sunt
excommunicati. vna queqz tñ eccle
sia in suo sensu abundet secūdu qđ ē
in vsu.

**Explicite prima pars hui⁹
operis**

Sequit scda pars hui⁹ operis



Verus ⁊ pius samari
tanus dulcis Ihesus
qui vini ⁊ oleū infu
dit in vulneribus sau
ciati id est vulnerati a
Iherusalē i hiericho
descendentis qui inciderat in latro
nes statum ruina m qz peccati eiusqz
remediū ⁊ medelam insigni ⁊ mi
rabili parabola declarauit. Iherusa
lem enim que visio pacis dicitur in
nocentiam baptismalem per quam
Versabee qui puteus facietatis in
terpretatur. id est anima cuiuslibet
xpiani baptismalis aque puteo saci
ata vero ⁊ pacifico Salomoni ⁊ pio
scilicet Ihesu qui est pax nostra faci
ens vtraqz vnum iuxta verbum pro
phete desponsatur in fide cōgrue re
presentat. Ihericho vero que luna
que nunqz in codez statu permanet
interpretatur status peccati quo ho
mo stultus id est peccator teste sapiē
te velut luna mutatur euidentissime
prefiguratur. A Iherusalē ergo i Iheri
cho homo descendens est peccator
qui baptismalem innocentiam dese
rens per declusa ⁊ abrupta vitioruz
prelabitur ⁊ descendit ⁊ sic ab infer
ni latronibus spoliatur bonis suis
siue donis gratuitis ⁊ in naturalib⁹
sautiatur. Hunc pietatis ac miseri
cordie oculis respiciens Ihesus xps
pro cuius sanatione de sūmis celoꝝ
ad ima mundi descendit ⁊ in vtero i
temerate virginis carnē assumens ⁊
sautiati vulnera in ara crucis alligās
funiculis charitatis vini mortificatē
pnie ⁊ oleū indulgētie leniēt ifundit
in ipis. In cui⁹ rei signū sue saluti se
re pdicationis. exordiu isto salubri ac
suauissimo themate ifignauit. Ideni
tentia sagite appropinquabit enim

regnum celorum: ubi indicit penitentiam ad patriam reprobmittit. demum opere quod pater sibi dederat consumato sauciato scilicet homine iam sauciato nec omni absque custode defereret commendauit stabulario: id est sacerdoti curato et dedit ei duos denarios: duas scilicet clauas ecclesie que sunt discernendi scientia et ligandi et soluendi potestas exhibens dixit curam illius habere.

¶ **U**t igitur sacerdotes curati qui non sunt multum in iure canonico vel in sacra theologia prouecti aliquas notitiam haberent per quam possent inter lepram et lepram discernere et sic penitentie salutaris ministrare medelam. In secunda parte huius operis aliqua ex diuersorum doctorum sententijs et maiorum meorum dictis diligenti studio ut melius et breuius potui compilauit ut si quando neophiti et minus prouecti curati in foro penitentie dubitauerint istud opusculum sit eis qualectumque introductorium ac aliquod directiuum. hoc autem non presumens de uirtutibus proptijs cum nulle sint attendatur: sed confidens de clementia saluatoris qui bene omnia faciens surdos facit audire et mutos loqui. Unde lector meus affectum considerans metoxicata lingua non mordeas: et si aliqua utilia inuenias ea attribuas deo soli: minus autem utilia alias proptius utilia mihi et ea superna charitate corrigas et emendas.

¶ **D**e penitencia et primo de penitencia solenni.

De penitencia igitur tractaturus primo dicam aliqua de penitencia in generali: postea dicam de qualibet eius parte in speciali.

¶ **P**enitentia igitur secundum Ambrosium diffinitur sic: Penitentia est pre-

terita mala plangere et plangendo iterum non committere. Secundum Augustinum diffinitur sic: Penitentia est quedam dolentis uindicta puniens in se quod dolet commisisse. Et dicitur penitentia a pena. ne. et teneo. nes. unde penitentia quasi penam tenens in quantum penitens per penam quam sustinet puniri se illicita que commisit. Probantur ista omnia de penitentia. circa primam Augustinus in libro. v. de responsione diffinit penitentiam sic: Penitentia est quedam res optima et perfecta omnes defectus reuocans ad perfectum uerum. Licet a doctoribus multe et varie, fiant distinctiones de penitentia quomodo scilicet est uirtus et quomodo sacramentum: mouent etiam multe circa hanc materiam quoniam omnes. ommissis ergo illis omnibus cum magis questiones quam de uindictationem contineant animarum de diuisione penitentie agendum est.

¶ **S**ciendum ergo quod uno modo diuiditur sicut genus in species. Alio modo diuiditur sicut totum in partes. Prima diuisio est quod penitentia alia solennis alia publica alia priuata.

¶ **C**irca solennem penitentiam quatuor sunt notanda. Primo qualis sit uel que sit eius forma. Unde sciendum est quod penitentia non dicitur solennis: quia fit in publico: sed quia imponitur cum solennitate quadam. Unde sciendum quod feria quarta in capite ieiunij in die scilicet cinerum illi qui debent agere istam penitentiam presentant se in ecclesia coram episcopo et coram sacerdotibus et episcopus promissa aliqua admonitione ostendit eis magnitudinem et grauitatem et enormitatem peccati sui et indutos cilicio eicit eos de ecclesia cantando illud responsorium: In sudore

vult? tui sē. sic sunt extra ecclesiaz vsqz ad diem iouis cener: qua die recipiuntur & dimittunt ad ingressuz ecclesie nō tñ ad cōsonē quousqz sunt p epm reconciliati. & de hoc habet plene et perfecte dī. j. c. in capite.

¶ Secō notanda est ratio huius solennitatis & est triplex. Una est ad terrorem aliorum. Alia est ad erubescētiā delinquentis. Alia est ad significationem electionis. Ade de paradiso. Unde cum grādibus suspirijs debet sibi denūciare ep̄s q̄ sicut Adā ppter suū peccatum fuit eiect⁹ de paradiso. ita ipse ppter peccatū suū eiicit⁹ de ecclesia. et ideo sicut habet xxvj. q. vj. c. vl. tal penitentia nō est iteranda. et ita intelligitur verbū Ambro. quod ponitur de peni. dī. j. qui dicit q̄ sicut vnica est baptisum ita vnica est penitentia. qd loquitur de penitentia solenni que nō debet iterari nisi de consuetudine alii cuius ecclesie aliquid aliud obtinere tur. tunc enī posset sine periculo iterari. de peni. dī. iij. ex p̄sona.

¶ Tertio notandū p quibus criminibus & quibus personis debet imponi ista penitentia. Unde sciendū q̄ nō debet imponi nisi p graui & enormi vulgatissimo crimine qd totam commouerit urbem vel communitatem nec debet imponi clerico nisi si deposit⁹: qui semel eam egerit nō potest p̄moueri ad sacros ordines: nec ministrare in ordie suscepto. xxj. dī. ex penitentib⁹. xxvj. dī. illitteratas. Ratio autem huius p̄hibitiōis est quadruplex. Prima est ordinis excellentia. quia nō sunt digni suscipere vasa id est sacroz qui vudū fuerunt vasa vitioz. Licet enim peccatum sit deletum per penitentiam remanet tñ aliqua cicatrix & aliqua irregularitas que ipm impedit a susce

ptione ordinis. Secda causa ē timor labendi ex pristina consuetudine. surgens. perferens enim memorati criminis labem nō habet sacerdos lucidam dignitatem. lxx. dī. in sacerdotibus. Tertia causa est ppter scandalum populi. cum enim talis penitentia imponatur pro crimine enormi & vulgatissimo quod totam commouerit vrbem nō posset sine magno scādalo talis ministrare. j. dī. de his vrbis. Quarta causa est q̄ nō habet frōtem redarguendi alios: cū ipse p̄cisi⁹ sibi de se p̄mississe illa eadem que cōripere vel maiora. xxx. dī. primū. h̄ iudei. Dispensatur autem cum solenniter penitentibus in minoribus ppter necessitatem vel vtilitatem ecclesie vt dicitur. j. dī. placuit. Et si queratur quis potest facere dispensationē Dico q̄ episcopus ex quo nō ē ei specialiter prohibitum. extra de sen. ex. nuper. Et si dicas contra illud quod dicitur. j. dī. c. ex penitentibus. vbi dicitur q̄ episcopus scienter ordinās solenniter penitentē debz p̄uiri potestate ordinandi. Dico q̄ nō obstat q̄ illō intelligit cū ordinat absqz dispensatione. vel cū inordinate & absqz causa legitima dispensat. j. dī. si in aliquo.

¶ Solenniter etiam penitens nō potest contrahere matrimonium. si autem contraxerit tenebit. Probant ista. j. dī. p̄firmādū & xxvj. q. vj. c. vltimo.

¶ Quarto notandū a quo potest imponi solennis penitentia. Et est sciendū q̄ solennis penitentia nō debet imponi nisi ab ep̄o vel de mandato eius a sacerdote. Solus etiaz episcopus vel in articulo mortis vel necessitate de mandato eius sacerdos ille potest reconciliare solenniter penitentē. Et si bene penituerit possunt recon-

111
ciliari in octauis pasce ⁊ cōmunicare ⁊ habere ingressum ecclesie: sin autem manebit sic vsq; ad finem vite: ⁊ de hoc habet. xxvij. q. vj. ca. vlti. Et quia materia magis tangit reuerendos ⁊ sanctissimos epos quoz seruus ⁊ discipulus sum q̄ simplices sacerdots: ideo nihil plus dico de materia ista.

¶ De publica penitentia.

Publica penitentia vocatur illa que fit in facie ecclesie nō tamē cum predicta solēnitate: sicut quādo iniungit peregrinatio per mundum cum baculo cubitali vel cū veste aliqua vel aliquo alio tali. Et hanc ut credo posset imponere quilibet confessor: contenti sibi quia non inuenio periculum nisi forte consuetudo esset in cōtrariū: vel nisi forte episcopi reseruent sibi.

¶ Et est sciendum q̄ ista penitentia nō debet imponi clerico nisi depositio: nec etiam debet imponi laico nisi p̄ crimine graui ⁊ manifesto. Et q̄a iudicare de criminibus grauib; et manifestis p̄tinet ad episcopos: credo ⁊ consulo q̄ ille cui talis penitentia esset imponenda esset remittendus ad ep̄m. ⁊ dicitur ista de penit. di. vj. sacerdos. Et credo q̄ talis penitentia posset iterari totiens quotiens iterat peccatum p̄ quo est imponenda penitētia: de penit. di. iij. c. reperiunt. ⁊ c. septies in. ⁊ c. adhuc instant perfidi.

¶ De priuata penitentia.

Priuata penitentia est illa que singulariter ⁊ priuate fit quotiē die cum quis peccata sua secreta cōfiteatur sacerdoti: ⁊ de ista specialiter intenditur hic.

¶ Et notandum q̄ quilibet perfecta penitentia habet tres partes scilicet cordis contritionem: oris confessio-

nem: operis satisfactio. Unde Johannes os aureū: ⁊ defecta penitentia cogit peccatozem omnia sufferre. In corde enī est contritio: in ore confessio ⁊ in opere tota humilitas. hec est fructifera penitentia: de penit. di. j. perfecta. Quia enī tribus modis offendimus deum videlicet delectatione: cogitatione: imprudenti locutione vel superbia oris: ⁊ scdm regulam medicorum: contraria contrariis curatur: tribus modis oportet q̄ satisficiamus scilicet cordis contritione: oris confessione: operis satisfactione. Unde penitentia sic perfecta est illud felix ac beneficium triduum q̄ petebant filij israel id est Christiani deum per fidem videntes in egypto id est in tenebris peccatorum existētes dum dicebant: Deus Hebreozū vocauit nos ut eamus viam triū dierum: ⁊ illi tres dies sunt scilicet contritio: confessio: satisfactio. in solitudine huius mūdi ⁊ sacrificemus sacrificium penitentie deo nostro ne forte accidat nobis pestis in presenti ⁊ gladius id est pena in futuro. ⁊ penitentia etiam sic perfecta est illa scala benedicta cum istis tribus gradibus quaz vidit Jacob a terra erectā vsq; in celum ⁊ dominū innixā scale. ⁊ hoc p̄pter tria. ⁊ primo ut ascendente per eam fortiter sustineat. Secundo ut si forte necessariū fuerit ascendenti per eam manum porrigat. Tertio ut cum ascendens fatigatus fuerit in ipsum respiciat iactans totam curam in eo. In primo gradu ē dolor: in secundo pudor: in tertio labor. De his igitur tribus partib; penitentie per ordinem est dicendum. Et primo de contritione.

¶ Tractatus primus secunde partis de contritione.

Quæ circa contritionem septem sunt
per ordinem consideranda.

Primo quid sit contritio.

Secundo de quantitate contritionis.

Tertio de eius qualitate.

Quarto de eius duratione et intē
tione.

Quinto de quibus debet esse con
tritio.

Sexto que sunt cause inductivæ con
tritionis.

Septimo quis est effectus contri
tionis.

Quid est contritio Lap. j.

Ad videndum quid est contritio
notandum quod contritio sumitur
hic ad similitudinem contritionis in
corporalibus. Unde sciendum quod res
dicitur corporaliter conterri quando in
minutas partes teritur: sicut species
aromaticæ teruntur in mortariolo.
Unde differentia est inter fractio
nem et contritionem. Nam fractio est
quando res frangitur in magnas par
tes. Contritio quando frangitur si
ue teritur in minutas partes. Dolor
enim de peccatis dicitur contritio et
non fractio ad designandum quod peni
tens non solum debet de peccatis in
generali conterri immo de quolibet in
speciali. De hoc tamen magis dicitur isra
e. v. huius tractatus.

Sed quare magis dicitur contritio
quod dolor. Sciendum ergo quod sanctus quod
dicit beatus Bernardus super can
tica ideo vocatur contritio et non do
lor: quia sicut unguentum sanantium
efficitur ex melle et herbis tritis in mor
tariolo sic unguentum compunctiois
efficitur ex herbis multorum peccat
orum natis in anima peccatrice. Quod
videtur in psalmo. est terra deserta in via
et in aquosa: tritis in mortariolo con
scientie. Et licet istud sit vere et scitilli

me dictum tamen non reddit rationem huius? quod
queritur quod secundum hoc magis diceretur
contritio. Et ideo sciendum quod in contri
tione tria sunt attendenda scilicet primo
quid est quod conteritur. Secundo a quo.
Tertio ad quid conteritur sive ad quid
contritio terminatur. Illud quod conteritur
est cor peccatoris quod est quasi
vas fictile repletum veneno peccati.
et ideo Jobel propheta indicens au
toritate dei contritionem dicit. Con
vertimini ad me in toto corde vestro
in ieiunio fletu et plactu et scidite cor
da vestra. scilicet in contritione vestra. Il
lud a quo cor peccatoris teritur est du
plex mola. Quarum una est superior
id est sursum eleuans. et ista est spes
renite: proueniens ex consideratio
ne diuine misericordie. Alia est mo
la deorsum deprimens. et ista est timor
pene proueniens ex consideratione di
uine iusticie. Et istas duas molas sp
debet habere verus penitens nec un
quam debet eas deserere nec debet eas
diabolo pignori tradere. In cuius fi
guram dicitur in Deuterio. Non accipi
es loco pignoris superiorem et inferi
orem molam id est non desperes pro
pter magnitudinem et enormitatem
peccatorum sed spera in dei miseri
cordia nec presumas sed time graui
tatem tormentorum ex dei iusticia.
Illud ad quid contritio terminatur
est ut cor peccatoris durum ut lapis
emollescat et liquefiat ut cera. Quia
scriptum est. Cor durum in ale habe
bit in nouissimo. Et ideo vere contri
tus potest dicere. factum est cor me
um tanquam cera liquefscens. Et de tali
dicit psalms. Cor contritum et humiliatum
deus non despicies.

Contrita ergo proprietate istius no
minis contritio videndum est quid
sit contritio. Et sciendum quod contri
tio a magistris sic diffinitur. Lon

tritio est dolor voluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitendi et satisfaciendi. Ad evidentiam istius definitionis videndum est de singulis partibus positis in definitione. Dicitur ergo contritio est dolor: cum enim secundum quod dictum est contraria contrariis curantur: et medicina debeat esse contraria infirmitati et contritio sit medela peccati et peccato fuerit delectatio: oportet quod in contritione sit dolor: et ita dicitur in Apocalypsi: Quam glorificauit se et in delictis suis peccati perpetratio: tantum date ei tormentum et luctum in contritione.

¶ Et notandum quod non solum in contritione est dolor: sed etiam gaudium sibi quando enim peccator recordatur se per peccatum offendisse deum creatorem suum qui eum creauit ad suam imaginem et patrem suum celestem qui eum pascit et corporaliter et spiritaliter et redemptorem suum qui etiam liberauit per suum proprium sanguinem recolit amisisse per peccatum suum gloriam paradisi et incurrisse penam inferni: dolorem habet. Sed quando cogitat se per istum dolorem elongari a peccato et reconciliari deo gaudet et non immerito: sicut enim gaudet qui de naufragio euadit: sic vere contritus debet gaudere dum se videt peccati naufragium euasisse. Sequitur Voluntarie assumptus: cum enim deo non placeant coacta seruitia: nisi dolor contritionis esset voluntarius non esset deo acceptus nec gratus. Si enim peccatus teste Augustino adeo est voluntarium quod si non est voluntarium iam non est peccatum: sic contritio debet esse adeo voluntarie assumpta: quia si non est voluntaria iam non est contritio. Et ratio ista est: quia omnis actus meritorius

et demeritorius oportet quod sit a voluntate elicitus vel imperatus aliter non esset nec meritorius nec demeritorius. Sequitur: Lum proposito confitendi et satisfaciendi: vere enim contritus debet esse in voluntate et in proposito confitendi quando habet opportunitatem: aliter contritio sua esset falsa et nulla. Et ratio est: quia cum ad perfectionem totius integralis requiratur quod omnes partes eius sint simul sicut ad perfectionem domus requiritur quod sint simul tecti parietes fundamentum: ita ad perfectionem vere penitentiae requiritur quod ista tria scilicet contritio: confessio et satisfactio que sunt partes integrales eius in quantum est facta sint simul vel in re vel in voto. Et hec sufficiant de contritione.

¶ De quantitate contritionis. Cap. ij.

Quantitas contritionis mensuratur penes quantitates doloris qui essentialiter est ipsa contritio vel est actus causatus a contritione.

¶ Notandum ergo quod in contritione est duplex dolor: secundum quod dolor dicitur duobus modis. Nam dolor uno modo idem est quod displicentia voluntatis in quantum se voluntati displicet aliquam rem fore vel fuisse. Alio modo idem est quod passio resultans in sensualitatem in quantum se in parte sensitiva sentitur dolor ex illatione alicuius nocimenti: sicut quando presecinditur membrum vel vulneratur corpus vel comburitur. Loquendo de dolore primo modo: prout se dolor est displicentia voluntatis: talis dolor est essentialiter ipsa contritio: et sic dolor contritionis debet esse et est maximus si sit vera contritio. Unde dico quod peccatum tantum debet displicere voluntati et rationi quod nullo pacto

nullo cōmodo vel incōmodo p nul-
la re vellet in ipsum consentire v' cō-
sensisse. Et ratio huius est. quia cō-
tritio si sit vera contritio non potest
sine charitate. ad hoc autem q' aliqs
habeat charitatem quantumcumqz
paruam necesse est vt diligat deū su-
per omnia. hoc autem est diligere de-
um super omnia q' p nullo damno
vel cōmodo vellet offendere v' pffen-
dise deum. Et ideo cum peccatū sit
offensa dei peccatum tantum debet
displicere voluntati in formate chari-
tate qualis est voluntas. vere contri-
ta q' nullo modo: nulla forte: pro nullo
damno vel cōmodo vel euz facere v'
fecisse. Et hoc est quod dicit in Ibe-
remia. vbi dicitur. Luctum vnigeni-
ti fac tibi: vbi dicit glo. docet penitē-
tem quid facere debeat. Et sicut ni-
hil dolenti? morte vnigeniti: ita eti-
am nihil debet esse dolentius qz of-
fendisse deum per peccatū. Et sic vi-
co q' loquēdo de dolore prout dolor
est displicentia voluntatis: dolor cō-
tritionis est maximus ita q' nō pōt
esse maior. Si autem loquamur de
dolore prout nominat dolorem crea-
tum in sensualitate: sic talis dolor ē
effectus contritionis in quantum scilicet
et aliquis vere et perfecte contritus
ex dolore primo scz ex displicentia et
detestatione peccati in quantum est
offensum dei prorumpit in fletum et
lachrymas et lamenta: sicut legit de
beata magdalena et beato petro apo-
stolo. Et sic dico q' non oportet q' in
contritione iste dolor sit maior quo-
cumqz alio dolore. vidimus enī mul-
tos viros et mulieres vere penitētes
scz q' humanitus potest stare q' ma-
gis fient et plorant pro morte confan-
guineoz vel amicoz vel p amissioe
alicuius rei t'paliū qz plorant seu fle-
ant p peccatis suis. Et tō est cū enī

iste dolor sit in efficacione sensualita-
tis et affectio que est in sensualitate
sequatur experimentalem et sensua-
lem cognitiones q' pauci: immo pau-
cissimi sint qui ita sensualem habe-
ant seu experimentalem cognitionē
diuine deuotionis: sicut habent dile-
ctiois istoz corporaliū sine t'paliū. et tō
pauci: immo paucissimi sunt q' ita sen-
sibiliter doleant de peccato sicut do-
lent de aliquo damno temporali seu
corporali. sed si inuenirentur aliqui
essent multum perfecti et essent mul-
tum laudandi. Sic ergo patet q' lo-
quendo de dolore. put dolor dicitur
displicentiam et dissensum voluntatis
dolor cōtritionis debet esse maximus
id est maior quocūqz dolore. Loquē-
do autem de dolore. put dicit passio-
nem resultantem in sensualitate: sic
non est necessarium q' dolor cōtritionis
sit maior oī alio dolore esset tñ mul-
tum congruum.

Sed quid si verus penitens nun-
quid vellet plus sustinere quācumqz
penam temporalem sicut penam iur-
ferri vel mortem vel quācumqz ali-
am penā qz peccare vel peccasse. Di-
co q' nullus in mente sua debet sibi
ponere talē questionē nec etiā alicui
alteri. qz istud esset se vel aliū pone-
re in teutationē vt mens hūana est
multū infirma: que sp' refugit mortē
et mala t'palia scz corporalia. etiā quan-
tumcumqz sit homo perfectus. sicut pa-
tet in saluatore nostro Ihesu xpo q' i-
minente hora passiois dicebat. Tri-
stis est anima mea vsqz ad mortem.
et hoc quantum ad sensualitatē vsqz
ad mortem. Et exponens seipsum di-
xit. spūs id est voluntas rōnis prom-
ptus est se ad sustinendū mortē ca-
ro aut infirma. i. sensualitas infirma
qz refugit mortē. quare nemo debet

se ponere in tali perplexitate nec cō-
fessor debet hoc interrogare. Istud
autē requirit de necessitate. in quo
libet vero contrito et vere penitente
q̄ ubi necessitas foret citius sustine-
ret omnes penam q̄ offenderet deū
per peccatum. Et hec de quantitate
contritionis sufficiant.

Qualis debet esse contritio.

Caplin. iij.

Nunc de qualitate contritionis
dicendum est. Circa quod sciē-
dum q̄ contritio debet habere septē
conditiones.

Primo enim debet esse discreta:
vnde debet esse cum spe venie: ita q̄
vere contritus nunq̄ debet despera-
re se de venia: s̄ debet sperare de dei
misericordia: quia plus potest deus
parcere q̄ homo peccare. Vnde Au-
gustinus sup̄ illud verbum quod di-
xit Layn ⁊ est i. Benef. s. Maior est
iniquitas mea q̄ vt ventam merca-
dicit: Mentiris Layn mentiris: ma-
ior est dei pietas q̄ quecūq̄ iniqui-
tas. Et Ambrosius: Nemo desperet:
Judam proditorem nō scelus quod
cōmisit sed sua desperatio fecit peni-
tus interire. Sed qa nemo scit vtrū
dignus sit amore vel odio dei nō de-
bet nimis presumere sed semper ti-
mere: quia initium sapientie timor
domini. Et ideo verus penitens gra-
num. i. animam suā debet contere-
re inter duas volas: timoris scilicet ⁊
spei vt ex farina sic trita barucello di-
scritionis mandata aqua lachryma-
rum ⁊ compunctionis cōmixta bo-
num panem in clibano cordis igne
charitatis decoctum faciat hospiti
suo sp̄o: ita q̄ i die iudicij dicat sibi:
esuriui ⁊ dedisti mihi māducare.

Secundo debet esse amara: ⁊ ita di-
cebat ille sanct⁹ rex Ezechias dicens:

Recogitabo tibi omnes ānos meos
in amaritudine anime mee. Et si sit
talis: faciet pacem inter deum ⁊ ani-
mam peccatricem. Vnde idem Eze-
chias: Ecce in pace amaritudo mea
amarissima. Amara debet esse cōtri-
tio: quia peccator delectatus fuit in
cogitatioe illicita. Amarioz: quia cō-
sensit. Amarissima: quia opus illiciti-
rum perpetravit: ⁊ sic fiat: poterit
dicere sic contritus illud quod sequi-
tur: Tu autē eruisi animā meā vt nō
periret: proiecisti post tergum tuum
omnia peccata mea.

Tertio debet esse lachrymosa: vnde
ps. Lauabo p̄ singulas noctes le-
ctum meum lachrymis meis stratum
meum rigabo. Ista fecit beatissima
M^aria M^agdalena que lachrymis
lauit pedes Iesu: ⁊ ideo fuerunt sibi
peccata dimissa.

Quarto debet esse p̄meditata: vnde
de in auctoritate allegata: Recogita-
bo tibi omnes r̄. dicens: Ista lo-
quens anime peccatrici: Sume cy-
tharam: cytharam. s. penitentie. citi-
cui ciuitatem. i. ciuitatem anime co-
gitando ⁊ rememorando singula pec-
cata. meretrix idest anima peccatrix
que peccando cum diabolo fornicata
es obliuioni tradita. i. a deo pro-
pter peccatum oblita.

Quinto debet esse vniuersalis. i.
de omnib⁹ peccatis.

Sexto debet esse cōtinua. De his
dicitur in duobus capitulis infra se-
quentibus.

Septimo debet esse integra cū p̄-
posito cōfitendi ⁊ satisfaciēdi als nō
esset p̄tritio sed derisio: ⁊ de hoc di-
ctum est. s. caplo primo.

De duratiōe p̄tritionis. Cap. iiii.

Ad sciendum quantū debet dur-
rare cōtritio. Notandū hic s̄m

quod dicitur est supra c. li. in contritione est duplex dolor. Unus dolor est qui dicitur est loquens de detestatio siue displicentia voluntatis. et iste debet semper durare quoad diu homo uiuit.

Notandum tamen quod cum preceptum de contritione sit affirmatiuum et preceptum affirmatiuum obliget semper sed non ad spem sed pro loco et tempore. Preceptum de contritione sic obligat quod non oportet quod semper homo sit in actu contritionis sed quantumcumque occurrerit sibi memoria de peccato quod displiceat sibi illud fecisse. Et ita intelligitur uerbum Augustini in libro de penitentia ubi dicit quod semper doleat et dolere gaudeat. Et sequitur. Ubi dolor finit ibi deficit penitentia. Unde quod dicitur semper doleat intelligendum est semper quando occurrit sibi memoria de peccato. Similiter quando dicitur dolor finit intelligendum est uel actu uel habitu. Et causa quare sic debet durare contritio semper est quia nemo est certus ad minus de lege dei si peccatum est sibi per contritionem remissum: quia nescit si contritio fuit sufficiens. Unde in Ecclesiastico de propicietate peccatorum dicitur. Noli esse sine metu: posito etiam quod aliquis sciret per reuelationem diuinam peccatum sibi fore dimissum adhuc deberet sibi displicere peccasse semper quando cumque occurrat sibi memoria de peccato: aliter peccaret nouo modo: quia sicut culpa est uelle peccare ita culpa est uelle peccasse. Alius dolor est in contritione: scilicet dolor qui redundat in sensualitate: quando scilicet homo ex displicentia peccati prorumpit in fletum et lachrymas et talis dolor non oportet quod semper duret cum pauci nimio paucissimi sint qui una hora sic possunt plorare peccata sua quanto minus de tempore uite sue. Esset tamen multe perfe-

ctionis qui semper quando recordatur de peccatis suis posset ea plorare. sicut legitur de beato Petro apostolo quod semper portabat sudarium in sinu suo cuius quo tergebat lachrymas et quando recordabatur de peccato quod fecerat quando negauerat christum non poterat lachrymas continere et tamen bene sciebat Christum sibi dimisisse peccatum.

De quibus debet esse contritio
Cap. v.

Peccatum quoddam est actuale quoddam originale. Actuale est quod contrahitur actu proprio in quantum scilicet homo agit quod non deberet agere. Et isto modo diffinitur peccatum sic. Peccatum est omne factum uel dictum uel scubitum contra legem dei.

Originale peccatum est quod contrahit homo ex origine in quantum scilicet homo descendit ab Adam secundum rationem seminales: ita quod peccatum originale formaliter nihil aliud est quam carentia iusticie originalis. Unde sciendum quod Adam in sui creatione acceperat a deo quoddam donum supernaturale. quod donum uocabatur iusticie originalis qua iusticia ita ordinabat hominem quod anima hominis ita obediebat deo ita quod in nullo mouebatur contra uoluntatem dei et corpus ita obediebat anime quod in nullo mouebatur contra uoluntatem anime uel contra imperium rationis. et per istud etiam donum omnia animalia erant subiecta homini et obediebant sibi ad nutum sedus patris. Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues et uersas in super et pecora campi uolucres celi pisces maris etc. Istud donum acceperat Ad-

nō solum pro se sed pro tota sua posteritate: ita vt in omnes qui descendunt ab eius semine ipse transfunderet istud donum: istam scilicet iusticiam originale. Et isto dono per peccatum suum ipse priuauit se & totam posteritatem suam: ita qd omnes qui descendunt ex eius semine carēt isto dono. Et talis carentia vocatur peccatum originale.

Ad videndum ergo de quibus debet esse contritio primo videndum est vtrum homo debet conteri de peccato originali. Et est dicendum qd non cuius ratio est: quia solū de illo homo debet dolere & conteri quod est actu proprio commissus vel quod fuit in potestate sua nō committere: sed peccatum originale nō fuit actu proprio contractus nec fuit nec est in potestate alicuius non cōtrahere: illud: quare nullus tenetur dolere vel conteri de peccato originali. Et dico cōteri de necessitate congruū enim est vt in adulto qui accedit ad baptismum displiceat peccatum originale nō in speciali quia fuit contractum: sed in generali in quantum scilicet omne quod separat a deo debet displicere.

De peccato autem actuali quomodo debet homo conteri de eo. Nota dūm qd in genere duplex est peccatū actuale. Nam quoddam est mortale quoddā est veniale. De peccato mortali tenetur homo conteri singulariter & sigillatim de quolibet: ita qd nō sufficit contritio generalis: imo quilibet verus penitens debet diligēter examinare & distinguere conscientiam suam: ita qd recogitet dies horas & tempora et loca & psonas & omnes circūstantias in quibus & cum quibus peccare potuit & peccauit. Et ita sicut occurrit sibi memoria de pecca-

to qd singulariter & specialiter conteratur de quolibet: ita tamen qd licet de quolibet peccato mortali verus penitens summe debeat dolere: tamen scdm qd vnum peccatum est grauius qd aliud intentius debet magis conteri de vno peccato qd de alio.

Sed quid fiet de peccatis oblitis? Dico qd aliquis potest esse oblitus peccatorum suorum duobus modis. Vno modo qd sit oblitus in speciali sed non in generali: id est qd bene recordatur peccasse se mortaliter: sicut tamen non recordatur qua specie peccati pura si fuit fornicatus vel furatus & sic de alijs. & talis debet dolere & conteri in generali de peccato: & in speciali tenetur conteri de negligentia sua per quam venit in obliuionem peccati sui & tenetur facere qd in se est qd recordetur in speciali de peccato suo vel cogitando vias: vel orando deum qd ducat sibi ad memoriam.

Alio modo potest aliquis oblitus esse peccati sui: ita qd non recordetur nec in generali nec in speciali & adhuc tenetur conteri in generali: & non vō conteri in generali nō sub conditione conteri: id est dicendo vel cogitando dolere contero: si peccauit. sed vō conteri in generali conteri sub extimatione probabili. Debet enim hoc probabiliter homo credere qd in multis offendit deum quorum nō recordatur: & si sub ista extimatione dolere: sicut si certus esset contritus est & penitens. vnde quilibet debet dicere cum ps. Delicta iuuentutis mee & ignorantias meas ne memineris.

Quomodo autē homo debet conteri de peccato veniali? Notandum qd tria sunt genera peccatorū venialium. Nam quoddā ē veniale ex surreptione

De hoc non tenetur homo conteri
 Speciali nisi de congruo. Quoddam est
 veniale ex voluntate cui si consentia
 tur incidit homo in mortale. sicut de
 lectatio morosa i cogitatio de actu
 carnali est peccatum veniale. sed si sit
 ibi consensus est peccatum mortale.
 De tali veniali quando occurrit me-
 moria de eo debet homo penitere et
 diligenter advertere ne sit vel fuerit
 ibi consensus. Quoddam est venia-
 le quod per frequentationem sui au-
 get libidinem peccandi et tanta pote-
 rit esse libido peccandi quod illud quod
 de natura sui erat veniale ex illa libi-
 dine fit mortale. sicut mendacitatio
 eorum de natura sui est veniale. sed
 totiens pesset iterari quod intantum au-
 gebit libidinem peccandi scilicet. me-
 tedi quod ex tali libidine potest homo
 metiri iocose quod peccabit mortaliter
 et de tali debet homo penitere aduer-
 tendo et precauendo ne multiplicet.
 De hoc tamen magis dicitur infra
 quando ager de confessione peccato-
 rum venialium. quia eodem modo te-
 nentur de eis conteri quo tenentur ea con-
 fiteri.

¶ Que sunt cause inductive con-
 tritionis. Cap. vij.

¶ Cause inductive contritionis sunt
 multe. Prima et principalis est
 amor dei. Illud enim quod principa-
 liter debet retrahere hominem ne pec-
 cet. et si peccauit quod corrigat et emendet
 se est amor dei. et iste amor generalis
 sic in anima peccatoris: cum enim amor
 sequatur cognitionem. quia ut dicit
 Aug. Invenis diligimus et incogni-
 ta nequaquam: quando peccator cogitat
 et recognoscit dei bonitatem et iusti-
 tiam. cui displicet omne malum et nul-
 lo modo relinquit aliquod malum i-
 punitum et recognoscit se multa mala

commississe que displicent diuine bo-
 nitati et propter que est dignus pu-
 niri grauius. Quando etiam vltimus
 cogitat dei misericordiam et bonita-
 tem quia paratus est omni dolenti.
 id est penitenti remittere quamcumque
 culpam quantumcumque magnam spe-
 rat de venia: et sic mouetur ad dete-
 standum peccatum: et iste motus vo-
 catur attritio id est quedam contri-
 tio imperfecta. et ita deus qui nunquam
 deficit infundit lumen gratie in ani-
 mam peccatoris. et illo lumine pecca-
 tor illustratus calefit in amore dei et
 detestatione peccati. ita quod timor ser-
 uilis precedit et preparat cor peccato-
 ris ad contritionem: sed amor id est
 feruor charitatis perficit ipsam. Et
 de hoc ponit exemplum Aug. dicens
 quod sicut in futura futularius seta por-
 ci precedit et facit via in filo. non tamen re-
 manet in futura: sic in contritione pre-
 cedit timor pene: et iste timor prepat
 ad charitatem et amorem dei qui postquam
 iam est in anima repellit omnem timorem. et
 ita dicit beatus Johannes in prima
 canonica sua dicens. Imperfecta cha-
 ritas foras mittit timorem sed seruilem
 qui est timor pene: non autem finale quia est
 timor offense.

¶ Secunda causa est pudor id est vere-
 cundia de peccatis commissis. Unde
 dicit Job. Res dignas confusione agunt
 Et Naah. Reuelabo pudenda tua in
 facie. quando enim peccator cogitat
 quod omnia eius peccata quantumcumque se-
 creta et occulta sunt deo manifesta et
 aperta: et quoniam peniteatur de his de-
 us eas reuelabit et manifestabit toto
 mundo mouet ad contritionem et peccatorem
 animam de peccatis. Unde dicit Boeci-
 us. Magna est nobis indicta neces-
 sitas probitatis cum cuncta agamus
 coram oculis iudicis cuncta cernen-
 tis.

Tertia causa est detestatio vilitatis peccati: tanta est eni vilitas peccati q̄ de seruo dei facit seruum diaboli. Unde dicit beatus Petrus: Qui facit peccatum seruus est peccati. A quo eni quis superatus est eius seruus est. Cum ergo peccator sit p̄pter peccatum a diabolo superatus propter peccatum est seruus diaboli factus inducit etiam peccatum in anima imaginem diaboli. Unde Anselmus fecisti me domine ad tuam imaginem et ego superinduxi horribilem imaginem. Unde anima peccatrix considerans vilitatem peccati potest dicere verbum quod dicitur in Tresa. Uide domine et considera quia factus viliis.

Quarta causa est consideratio de die iudicii et penarum inferni. quoniam peccator considerat quod de omni facto dicto cogitato contra leges dei oportebit eius reddere rationem in die iudicii iuxta verbum saluatoris in Mattheo dicentis: De omni verbo otioso quod locuti fuerit homines super terram reddent rationem in die iudicii. mouet ad contritionem et penitentiam de peccatis suis. Unde Hieronymus loquens de die iudicii dicit: Quoties illum diem considero toto corde corde commisco. Idem: Siue comedo siue bibo siue dormio siue aliquid aliud facio semper videtur in auribus meis illa tuba terribilis insonare: Surgite mortui et venite ad iudicium. Quando peccator ista attendit mente cogitat totus tremat in corde suo. Si enim ut dicit beatus Petrus: Vir iustus saluabitur: impius et peccator vbi apparebit. Et Gregorius: Quid faciet virgula deserti. i. peccator vbi concutietur cedrus paradisi. i. iustus.

Quinta causa est dolor de amissione iusticie celestis patrie. quando enim pec-

cator cogitat semper peccatum sibi gloriam paradisi perdidisse non est mirum si doleat: imo est mirum quod non crepat per medium. Si enim plorat et dolet pro amissione pecunie: quanto magis debet dolere et plorare pro amissione celestis glorie. Et ideo dicebat beatus Joannes in Apocalypso: Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam.

Sexta causa est dolor de multiplici offensa creatoris. quando enim peccator considerat se offendisse deum qui eum creauit de nihilo et insigniuit eum sua imagine et redemit eum suo proprio sanguine: non est mirum si dolet et peniteat se de peccato. Et hoc dicit beatus Bernardus: Dolor de peccatis debet esse acer quia offendimus deum creatorem omnium: acriter quia offendimus patrem nostrum qui nos pascit multipliciter et gubernat: acerrimus: quia offendimus redemptorem nostrum qui nos liberauit suo sanguine a vinculis peccatorum crudelitate demonum et acerbitate gehenne.

Notandum tamen quod licet peccator sic ut dictum est debeat dolere et ceteri de peccatis: tamen semper debet sperare in domino et in pietate et in misericordia sua: ita quod debet sperare de venia et gloria: quia qui sperat in domino non confundetur nec confusione culpe nec pene.

Quis est effectus contritionis
Capitulum vij.

Effectus contritionis est multiplex. Primus patet ex vi nominis ipsius. Dicit enim contritio quasi simul ex toto corde tritio: quod intelligendum est sic: quia in contritione totum cor peccatoris ad litteram scinditur et patitur pre nimia angustia dolore irae et indignatione que cepit contra peccatum.

Unde dñs p̄ p̄phetā Jobel. Scin-
dite corda vestra. Item ps̄. Sacrifi-
tū deo sp̄s tribulatus cor cōtritū
et humiliatum deus non despiciet.
Et scdm̄ q̄ dicit beatus Bern. Con-
tritio munda aiām a reatu culpe libe-
rat a pena gebenne et ab horrenda de-
monū societate et a vilissima peccati
seruitute: restituit bona spiritualia q̄
peccator amisit per peccatuz, restituit
etiam ad societatem specialem ec-
clesiē et communionē omnīū bonorū
que in ea fiunt per participationem
de filio ire efficit filium gratie et per
consequens participem hereditatis
eterne. Notandum autem q̄ de hoc
quomodo scilicet per solam contriti-
onem remittitur peccatum sunt va-
rie opiniones. Quidam enim dicūt
q̄ sicut tribus modis offendim⁹ de-
um scilicet corde ore et opere. ita tri-
bus modis est necessarium deo satis-
faciendum scilicet contritione cordis
confessione oris: satisfatione operis
alias non dimittitur peccatuz. et isti
fundant intentionem suam sup̄ illō
e. de pe. di. iij. perfecta. Et dicūt isti
q̄ omnes auctoritates que dicūt pec-
cata sola cordis contritione dimitti
sunt intelligende cum articulus ne-
cessitatis excludit oris confessiones.
Alij dicunt q̄ in contritione dimit-
tuntur peccata sub conditione scili-
cet si confiteatur. Et fundant isti in-
tentionem suam super illud quod vi-
citur de pe. di. iij. e. fanelin sine. Alij
dicunt q̄ sola cordis contritione di-
mittitur peccatum cuiuslibet adulto si
vere conteritur. et proponit ab alijs
abstinere et confiteri et deo satisfacere
secundum iudiciū ecclesie. Et fun-
dant isti intentionem suam sup̄ illō
e. de pe. di. j. magna pietas dei ut ad
solam promissionem peccata dimit-
tat. non dum pronunciat ore et tamē

deus sc̄ audit in corde. et hec opinio
est verior et magis communiter tene-
tur a doctorib⁹. Et q̄ ista opinio sit
verior patet per exemplum Lazari:
quem primo suscitauit domini⁹ no-
ster Ihesus christus anteq̄ a disci-
pulis solueretur: Lazarus enim mor-
tuus est peccator qui est mortuus p̄
peccatum. iuxta verbum Ezechielis
dicentis. Anima que peccauerit ip̄a
morietur: iste suscitatur a dño qñ re-
mittitur sibi peccatum in contritione:
et postea absoluit a discipulis id est
a sacerdotibus in confessione. Patet
etiam per exemplum de decē lepro-
sis qui in via anteq̄ venirent ad sa-
cerdotes mundati sunt. Isti enim le-
prosi sunt peccatores qui dñz vadūt
ad sacerdotes id est dum in contriti-
one habent p̄positum confitendi
mundantur a peccatis. Et ita dicit
ps̄. Dixi p̄tebor aduersum me inu-
stitiā meā dño et tu remisisti impi-
etatem peccati mei. dixi id est firmi-
ter in animo p̄posui.

Notandū ergo q̄ ista tria sunt si-
mul in tpe hec habeant inter se ordi-
nem naturalem scilicet iustificatio.
contritio. peccatoruz remissio. necesse
enim habeo intelligere q̄ quis pri⁹
habeat gratiam q̄ p̄terat. precedit
ergo gratia sequit dilectio. quoniam
qui habet gratiam diligit. sequit cō-
tritio. quoniam qui diligit p̄terit. se-
quit peccatoruz remissio. Et iste p̄-
cessus colligitur extra de pe. di. j. om-
nis qui nō diligit manet in morte. et
Augustinus. Sine charitate quomo-
do quis verā contritionē cordis habe-
re poterit. Patet ergo quomodo so-
la contritione cordis peccatū dimit-
titur. Quid autē faciat absolutio sa-
cerdotis ad remissionē pctōz dicit i-
fra qñ agē de confessione. Et ista sus-
ficiant de contritione.

Tractatus secundus secunde par-
tis de confessione.

Quæ circa confessionem sunt vnde-
cim consideranda.

Primo de institutione confessio-
nis.

Secundo qui tenentur ad confes-
sionem.

Tertio de tempore quo quis tene-
tur ad confessionem.

Quarto cui est faciēda confessio.

Quinto de quibus est faciēda cō-
fessio.

Sexto de conditionibus quas de-
bet habere confessio.

Septimo de iteratiōe confessionis.

Octavo quomodo debet se habe-
re sacerdos ad confitentem.

Nono de interrogationibus fieri-
dis in confessione.

Decimo de potestate clauis et effe-
ctu confessionis.

Undecimo de sigillo confessionis

De institutione confessionis.

Capitulum primū.

Ad eidentiam eorum que dicen-
da sunt de confessione notandū
q̄ in scripturis duobus modis acci-
pitur confessio: quia vno modo con-
fessio idem est q̄ dei laudatio. Unde
confiteri isto modo idem est q̄ deus
laudare: et isto modo accipitur quan-
do dicitur: Confitemini domino quā
bonus. Alio modo idem est q̄ pecca-
torum eorum sacerdote manifestatio:
et isto modo diffinitur sic: Confessio
est legitima coram sacerdote peccato-
rum declaratio. Et dicitur confessio
quasi simul vel ex toto vel vndiq̄ fas-
sio: et de confessione isto modo dicta
intendimus hic. Videndum ergo quā
fuit instituta et quis fuit institutor cō-
fessionis.

Quantum ad primū sciendum est
q̄ duplex est confessio peccatorum: sci-
licet mentalis et vocalis. Confessio men-
talis peccatorum est dictamine legis
nature adiute quodāmodo per fides
quando enim homo scit et perpendit
se offendere vel offendisse, deum que
nō vidit nisi per aliquem radium si-
dei natura dicat sibi q̄ ab eo miseri-
cordia humiliter est petenda et hoc
nunq̄ est nisi recognoscat culpa qd
fit per confessionem mentalem. Cō-
fessio vocalis est duplex: quedam fit
deo: quedam fit homini. Loquendo
ergo de confessione vocali que fit deo
credo q̄ confessio fuit de necessitate
salutis statim post lapsum primi ho-
minis: et ratio que me mouet ad hoc
est ista: Omni tempore in quo est et
fuit infirmitas fuit necessaria medi-
cina contra illam infirmitatem: sed
statim post lapsum primi hominis
fuit infirmitas peccati non solū ori-
ginalis sed etiam actualis ad minus
quo ad multos: ergo post lapsum pri-
mi hominis statim fuit necessaria
confessio facta deo etiam vocaliter.
Et istud patet ex quadam glo. que po-
nitur super illud verbum Gen. iij. c.
Adam vbi es: dicit glosa sic: Verba
sunt increpantis et ad confessionē co-
gentis nō ignorantis: et constat q̄ lo-
quitur de confessione vocali fienda
deo: quia tunc deus nō homo voca-
liter loquebatur ipsi Adam: ergo ab
illo tempore citra fuit necessaria cō-
fessio isto modo dicta. Loquēdo au-
tem de confessione vocali fienda ho-
mini: dico q̄ sunt instituta in lege no-
ua a xpo videlicet incarnato: et tunc
et nō ante fuit congruum talem con-
fessionem institui. Et ratio que me
mouet ad hoc est duplex scdm q̄ rō-
fessio ordinat ad duo: scilicet ad pec-
cati deletionem et manifestationem

ad reconciliacionē faciendā deo et ecclesie eius. Et primo patet quō in lege noua debuit institui confessio et hoc sic.

Notandum autem ad euidentiaz istorum que dicenda sunt q̄ status peccati vocatur tenebre et status gratie lux. Ita dicit apostolus loquens Ephesijs postq̄ fuerunt cōuerſi ad fidem et fuerūt in statu gratie dicens Eratis enim aliquando tenebre nūc autem lux in dño. Et in eplā ad Romanos. Abijciamus ergo opera tenebrarum. glo. id est opera peccati. et induamur arma lucis. glo. id est virtutes. In ea ergo lege debuit institui confessio homini facienda in qua orta fuit lux vera que illuminat omnes hominem venientem in huic mundum. ista est lex noua scz x̄pus incarnatus. ergo in lege noua debuit institui confessio homini facienda. Et secundō scz ex hoc q̄ confessio ordinatur ad reconciliacionem faciendā deo et eius ecclesie patet etiam q̄ debuit institui in lege noua. ideo enim confessio fit homini vt homo sit iudex et arbiter inter deum et peccatorem. arbiter talis debet esse qui possit manus imponere in vtramq̄ partem. ideo ille cui facienda est confessio oportet q̄ possit ponere manum in deum cui vult confitēs reconciliari et in homines qui confitentur. talis autem esse non potuit quousq̄ deus factus est homo. quia tunc datus est nobis mediator dei et hominum homo x̄pus. Theſus. et hic postq̄ corporaliter ascendit in celū reliquit in ecclesia aliquos quos loco sui constituit arbitros et rectores ecclesie quibus commisit auctoritatem reconciliandi peccatores deo et ecclesie sue. Et ideo in lege noua x̄po scz incarnato debuit institui confessio. Cum enim confessio habe

at efficaciam ab absolutione: et absolutio ex virtute clauum. que quides clauis date fuerunt homini in noua lege dicente x̄po beato Petro ap̄to. et in ipso omnibus alijs. Tibi dabo clauis regni celorum quorum remiseritis peccata remittūtur eis et quorum retinueritis retenta erunt. manifestum est q̄ confessio faciēda homini in lege noua fuit instituta precessit tamen in figura in lege antiq̄. hoc q̄ sacerdotibus data erat auctoritas discernēdi inter leprosum et lepram et inter prophanum et sanctum. et ista erant quedam corporalia et nō spūalia et hanc figurā ostendit x̄ps in lege noua impletam fuisse quando leprosus mīsdatos ad sacerdotes mittebat dicens. Ite et ostēdite vos sacerdotib⁹. De scdo quis fuit institutor confessionis dico q̄ x̄ps ipsemet. et rō fuit tractata supra in prima parte huius operis quando agebat de sacramentis in generali. Et intelligo q̄ fuit institutor auctoritative. et credo q̄ beatus Jacobus minor qui fuit eps hierosolimitanus et primus inter apostolos celebrauit missam quando dixit. Conſitemini alterutrum peccata vestra: fuit promulgator huius institutionis: sicut dictum est supra de sacramento extreme vnctionis.

Quis tenetur ad confessionem
Cap. ij.

Adnes adulti postq̄ ad annos discretionis peruenerint ita q̄ possunt discernere bonum et malum tenēt semel in anno. i. i. q̄dragesima p̄fiteri ex statuto p̄cilij generalis qd̄ ponit eū de pe. et re. c. ois vtriusq̄ sexus. et p̄tra transgressores illi⁹ statuti ponit pena. ibidē q̄ viuētes ab ingressu eccleie arceant et mortētes xp̄ta

na careant sepultura. Et huius san-
ctissimi & saluberrimi statuti potuit
esse & credo q̄ fuit triplex ratio. **Pri-**
ma fuit vniuersalis indigentia: oēs
enim peccauerunt & egent gloria dei
Ad est enim qui faciat bonum & nō
peccet: vt dicit Sapiens. Ideo qui li-
bet debet deum glorificare confiten-
do se peccatorem. qui enim peccato-
rem se confitetur deū glorificat ostē-
dens se dei gratia & misericordia in-
digere. **Secunda** ratio fuit sacre cō-
munionis reuerentia. cū enī omnes
homines teneantur in pasca cōmu-
nicare vt digne & munde possint ac-
cedere ad tantum sacramentū oport-
uit premitti remediū purgationis
& lotionis peccati quod fit in confes-
sione. **Tertia** ratio fuit discretio gre-
gis dominici ne scilicet lupi abscon-
derentur in grege qui manducarent
agnos. Ideo statutum est vt recto-
res ecclesiarum agnoscerent vultum
ouium suarum ne hereticū sub pelle
innocentiē maliciam suam palliarēt
ideo omnes quicūq; cuiuscūq; con-
ditionis sint tenent semel in anno cō-
fiteri alias peccant mortaliter & de-
bent p̄dicta pena puniri.

Sed pone aliquis non habet con-
scientiam de aliquo peccato mortali
nisi solum de venialibus: sed homo
non tenetur peccata venialia confite-
ri. Dico sine p̄iudicio & saluo melio-
ri iudicio q̄ aliquis potest teneri ad
confessioneꝝ propter duo. **Quo** mo-
do propter vinculū peccati. **Alio** mo-
do propter vinculū p̄cepti. **Peccata** ve-
nialia non tenet quis confiteri pro-
pter vinculum peccati: cum possint re-
mitti sine confessione: tamen sunt cō-
fitenda propter p̄ceptum quo tene-
tur quilibet confiteri semel in anno:
quando scilicet confitens non habet
nisi peccata venialia. Unde si habe-

ret mortalia que confiteretur nō te-
neret de necessitate ad venialia. De
hoc tamen magis late dicitur infra.

Sed vltterius pone q̄ aliquis est
ita attentus circa diuina q̄ non ha-
bet remorsus de aliquo peccato: nec
mortali nec veniali. aut ergo iste te-
netur confiteri aut nō. Si non tunc
nō omnes tenentur ad confessioneꝝ
cuius contrarium dicitur est. Si au-
tem tenetur & nō habet conscientias
de aliquo peccato nec mortali nec ve-
niali: tenetur ad confitendum & dice-
dum contra conscientias suam & ita
mentiri q̄ nephas esset dicere. ergo
ad minus talis nō tenetur confiteri
Dico q̄ cū Sapiens dicat: Septies
i die cadit iustus: impossibile est vt
credo scdm statum viatoris q̄ aliquis
habens intellectum & vsum rationis
transeat vnum diem & vnum septi-
manam sine remorsu ad minus ali-
cuius peccati venialis: & q̄ totus an-
num transeat hoc habeo magis pro
impossibili: nec credo q̄ vnq̄ istud
donum fuerit collatum alicui sancto
nisi christo & beate virgini matri ei?
nec credo istud donum apostolos ha-
buisse: quia venialiter peccauerunt
vt dicit Gregorius & Augustinus in
libro de natura & gratia. Si omnes
sancti & sancte dū adhuc viuerent in
terrogati essent vtrum sine peccato
essent omnes vna voce dicerent: si vi-
xerimus q̄ peccatum non habemus
ipsi nos seductimus & veritas in no-
bis nō ē: excepta beata virgine Ma-
ria de qua cum de peccatis agit pro-
pter honorem filij nullas proorsus vo-
lo questionem habere. Et Hierony-
mus: Res plene cōtra naturā est vt
sine peccato aliquis sit. Ideo hō quan-
tūcūq; sit p̄fectus oꝝ cogitare corde
& p̄fiteri ore se esse peccatorem: quis

vt dicit Gregorius. Bonarum mentium est ibi culpam inuenire ubi culpa non est. Unde de communi lege omnes tenentur ad confessionem et si deus de specialissima gratia daret donum illud alicui q̄ nec mortaliter nec venialiter peccat̄ credo q̄ adhuc ne contingeret preceptuꝝ ecclesie talis deberet se presentari p̄fessori suo non q̄ diceret se peccatorem q̄ mentiretur: sed deberet dicere. Domine ego non habeo conscientiam de aliquo peccato nec mortali nec veniali tamen propter preceptum ecclesie p̄fentio me vobis. Sicut dixi supra q̄ sanctificatus in vtero debet suscipere sacramentuꝝ baptismi licet nō habeat peccatū originale.

¶ De tempore quo tenetur homo cōfiteri Cap. ii.

Teste sapiente omnia temp̄ habent. Et ideo nunc videndum ē de tempore quo est confessio facienda scilicet si est facienda statim cum homo peccauit vel p̄t differri vsq̄ ad tempus statutuꝝ in decretali. omnibus vtriusq̄ sexus. scz vsq̄ ad quadragessimam.

¶ Ad cuius euidenciam notandus ē q̄ nos possumus loqui de confessione vel quantum ad propositum interius vel quantum ad verbum exterius. Si primo modo vt dicunt communiter omnes doctores q̄ tenetur proponere confiteri quando tenetur primo de peccato conteri. quia sine proposito confitendi & satisfaciendi nō dimittit̄ peccatum in contritōe. Et dico primo conteri quia sicut dictum est supra semp̄ quādo occurrit memoria de peccato debz homo dolere & conteri de eo modo quo dictū est supra. licet etiā fuerit ipuz p̄fess̄

ti ex quo semel est legitime p̄fessus nō tenet̄ iteruꝝ p̄fiteri. De hoc tamē magis dicit̄ infra q̄n̄ agit̄ de iteratione p̄fessionis. Sed si loquamur de confessione actuali q̄n̄ scz homo tenet̄ actualiter p̄fiteri in ista materia sentiūt diuersimode doctores. Quidam enim dicunt indistincte q̄ q̄n̄ cunq̄ aliquis peccauerit nō tenetur p̄fiteri ante pascha. s̄ bene tenet̄ cōfiteri & fundant intencionem suam ex duobus.

¶ Primo quia p̄ceptum de confitendo est p̄ceptum affirmatiuꝝ & idō nō obligat nisi pro loco & tempore determinatis. tempus autem determinatum ab ecclesia est quadragesima: ideo nullus ante quadagesimam tenet̄ p̄fiteri nisi esset in periculo mortis.

Secundo q̄ actus confessionis nō ē necessarius ad iustificationem q̄ p̄ cōtritionem est iustificatio. & ita cōfessio est solum necessaria ex p̄cepto & obligatione ecclesie & ecclesia nō exigit ante pascha nisi periculuꝝ mortis imminet. ergo ante illud temp̄ nō tenetur confiteri nisi in casu mortis.

¶ Alij dicunt q̄ peccator existens in peccato mortali tenet̄ statim q̄n̄ habet discreti & idonei sacerdotis copiam & peccati cōmissi memoriā cōfiteri peccatū suū. nec obstat decretalis illa. ois vtriusq̄ sexus. q̄ illa decretalis nō dicit q̄ vsq̄ tunc differatur sed iocit q̄ nō differat̄ ultra. sicut ecclesia prohibet ne quis ultra annū remaneat in excoicatione nō tñ dat licentiam remanedi vsq̄ ad illam horam. Iterum illa decretalis non fuerit edita pro negligentibus immo cōtra negligentes si anteq̄ illa decretalis esset edita peccator tenebatur cōfiteri statim quādo se offerebat oportet

tunitas: sic videtur q̄ tenetur post eius editionem. Que istarū opinio num sit verior nescio: tamen dicere sicut prima opinio videtur periculū Dicere sicut secūda videtur mihi durum. Sanctus Thomas de Aquino in quadaꝝ questione de quolibet ponit aliquos casus in quibus tenetur existēs in peccato multa & statim cōfiteri.

¶ Primus est quādo est in infirmitate de qua iminet sibi pericula mortis. Et iste casus potest colligi ex his que ponunt̄ extra de pe. & re. cum in firmitas corporalis.

¶ Secundus casus est quādo habet facere aliquid de quo iminet sibi periculum mortis licet p̄ tempore illo sit sanus: sicut si haberet transire mare vel longam viam facere vel aliqd̄ aliud tale.

¶ Tertius est si habet aliquid facere quod existens in peccato mortali nō posset facere sine peccato mortali: sicut si haberet dicere missam vel reciperere vel ministrare aliquod sacramentum ecclesie.

¶ Quartus casus est quando cōmiserit aliquod peccatum de quo curat̄ suus nō potest absoluerē eum & habet copias alicuius qui potest absoluerē eum & timet q̄ tempore statuto nō poterit habere copiam tunc tenetur statim cōfiteri.

¶ Quintus casus est quādo p̄scientia sua dicit sibi statim esse cōfiteendum: quia aut tenetur deponere eaz̄ aut facere sc̄dm̄ eam cum nō sit erronea sed salubris. Omnes enī dicunt q̄ licet nō sit necessariū statim p̄fiteri est tū multū congruū iuxta dictū Sapientis dicētis. Metardes p̄uertit ad dominū: & ne differas de die in diem. subito enī veniet ira illius & in tempore vindicte disperdet te. ita q̄

Raymūndus in sūma sua ponit quōs rationes p̄pter quas est multū utile & congruum statim cōfiteri.

¶ Prima est p̄pter incertitudinem hore mortis. Unde dñs in euāgelo beati Luce: Veniet dñs serui illi? in die qua non sperat & hora qua nescit & partē eius cum infidelibus ponet. Item diuiti p̄mittenti sibi longam vitam fuit dictū: Stulte hac nocte repletēt animā tuā a te & ea que coaceruasti cuius erunt.

¶ Secūda est: quia morās in peccato semp̄ accumulāt peccatū peccato & per consequens penā pene. Unde apostolus ad Romanos: An ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit sc̄dm̄ duritiam tuā & impenitens cor thesaurizas tibi reatus in die ire & reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq̄ sc̄dm̄ opera sua. Et Osee dicit: Adaledicti mēdacium furtum homicidiū inunda-runt & sanguis sanguinē tetigit: id est peccatum adduxit peccatum. Unde Gregorius: Peccatū quod p̄ penitentiam nō diluit mor suo pondere ad aliud trahit.

¶ Tertia est quanto maiorem morā fecerit in peccato tanto magis elongabitur a deo & p̄ consequens tanto difficilior erit cōuersio: iuxta illud qd̄ cōmuniter dicit̄: Qui nō est hodie cras minus aptus erit. Et Qui diu: p̄ncipijs obsta sero. i. tarde medicina parat̄. Cū mala per longas cōualuere moras. Et ps. Dñe q̄ elougant se a te peribunt.

¶ Quarta est quia in magna egritudine vix potest aliquis penitere seu etiā de peccatō cogitare. Cū Hiero. Cū egritudine opprimeris vix potes aliud cogitare q̄ sentis & illuc rapit̄ intentio mentis vbi est vis volūtas. Multa. n. vt dicit Aug. occurrūt tūc

impedimenta. naz morbus viget. pe-
na tenet. filij. vxor. mundus que illi-
cite dixerit eū ad se vocant. Tene er-
go certum ⁊ dimitte incertum id est
age penitentiam ⁊ sperare dum san-
es ⁊ nō differas vsq; ad infirmitatē
iuxta consilium sapientis dicentis.
Cuius ⁊ sanus confiteberis.

Quinta quia nisi peccator in vita
ista audiat dñm clamantem q; confi-
teatur ⁊ faciat penitentiaz clamabit
postea ipse ad dñm ⁊ nō exaudietur.
Exemplum de diuine epulante qui i
inferno est sepultus nō exaudit etiā
pro vna gutta aque. Nō est ergo dif-
ferenda vel tardanda confessio. sed ē
mulentū vtile ⁊ congruum q; statim
fiat. Ricardus autem in quarto sup
sententias loquēs de materia ista di-
cit q; aliter censendus est in casu isto
de religioso ⁊ aliter de laico. Naz eū
religiosus totum tempus vite sue sit
sibi tempus penitentie habita copia
sacerdotis idonei si peccauerit mor-
taliter credo quod tenetur sine mora
confiteri. Et intelligitur sine mora.
sicut recta ratio ordinabit. Laic⁹ ve-
ro rationabiliter potest expectare tē-
pus quadragesime quod est tempus
penitentie. Unde cum illud tempus
sit magis oportunum eis ad satisfā-
ciendum ⁊ confitendum si expectent
illud rationabile est iudicare q; non
peccent. dum tamen proponant fir-
miter. tunc temporis cōfiteri. De cle-
ricis autem non iudico. consiliū autē
sanum eo q; omnes qui cadunt per
mortale confiteantur statim cū pos-
sint. nō enim videt vere p̄tritus qui
tam diu vulnus peccati portat ocul-
tum. verba sunt Ricardi. Quicquid
sit de materia ista credo in casibus
quos ponit sanctus Thomas de ne-
cessitate teneri quemlibet statim ha-
bita oportunitate confitendi credo

etiam q; consilium Ricardi sanū sit
⁊ salubre ⁊ debet exequi cū diligentia
⁊ virtute.

Cui est facienda confessio. Cap.
viiij.

Quoniam ille cui est faciēda cō-
fessio sacramentalis oportet q;
habeat claus videndū est primo de
clauibus.

Notandum ergo primo q; nomen
clauis translatum est a corporalibus
ad spiritualia. Clauis enim in corpa-
libus est instrumentum ad remouen-
dum aliquod obstaculum quod im-
pediebat nec posset haberi. aditus ad
domum. Sic etiam in spiritualibus
illud quod remouet peccatum mor-
tale quod est obstaculum ad ingredi-
endum regnum celeste vocatur cla-
uis. Et ista clauis est triplex. Nam
quedam est clauis auctoritatis ⁊ istā
habet solus deus. Unde de ista cla-
ue loquebant iudei dum dicebant.
quis potest dimittere peccatum ni-
si solus deus. quasi dicerent nullus.
⁊ hoc verum est auctoritative. Alia ē
clauis excellentie ⁊ hanc habet x̄pus
homo. Et de hac clauē loquit̄ Isai-
as in persona dei loquens de christo
Dabo clauem dauid super humeris
eius. Et dicitur Christus homo cla-
uem excellentie habere in quantum
per passionem suam satisfecit p; pec-
catis nostris. ⁊ non solum pro nr̄is
immo pro totius mundi natura hu-
mana vt dicit beatus Johannes. Et
hoc verū est quantum ad efficaciam. Vt
dicitur habere x̄ps homo clauem ex-
cellentie in quantum effectū sacramen-
torū pōt dare sine sacramentis. Ter-
tia est clauis misterij. ⁊ istā clauē ha-
bent omnes sacerdotes ⁊ dat̄ eis in
collatione ordinis sacerdotalis. Et
de ista dictū fuit Petro. Tibi dabo

claves regni celoy. Et de istis clavis loquimur hic.

Sciendum ergo q duplex est clavis mysterij. Una est scientia discernendi. Alia est potestas ligandi et solvendi. De scientia autem discernendi quomodo est clavis et quomodo non et si est alia clavis secundum rem a potentia ligandi et solvendi est magna diversitas inter doctores theologos et ideo non dico aliquid amplius de ista materia cum dominus papa Johannes qui nunciavit loquens de clavis in quadam extravaigante sua que incipit: Quia quorundam mentes faciat mentionem de ista diversitate doctorum et nihil determinet. Unde ex quo ipse reliquit indeterminatum temerarium esset aliquid determinare seu diffinire. Istud tamen firmiter tenendum est qd iste clavis cuilibet sacerdoti dantur in sua ordinatione et iste clavis non possunt exire in actum donec sacerdos habeat materiam in qua agat et hoc per commissionem cure animarum: sicut habent episcopi vel archiepiscopi et omnes alij habentes curam animarum vel privilegium sicut habent fratres predicatorum et minores et alij qui ex privilegio domini pape vel episcoporum possunt predicare et confessiones audire. Item quid dimittat sacerdos virtute clavis reperies ultra. ca. x. huius tractatus. Et his ergo potest patere cui sit sacramentalis confessio facienda. Et dico sacramentalis confessio ad excludendum confessionem conciliativam sive directivam: quando scilicet peccator confitetur aliqui peccatum suum ut sibi super eo consulat et eum dirigat non ut eum absolvat: quia talis confessio potest fieri cuicumque bono viro cui eum potest auare et consulere vel orando vel in-

struendo. Sed loquendo de confessione sacramentali que fit per absolutionem dico qd ex predictis patent due conclusiones.

Prima est qd confessio sacramentalis est facienda sacerdoti et non alij id est qd non debet nec potest fieri nisi tunc habenti claves. et iste est solus sacerdos. Et ratio est: quia absolutio fit virtute clavis: ita qd nullus potest absolvere in foro penitentie nisi habeat claves: quod patet: quia ut dictum est claves ordinantur ad absolvendum. Istud tamen melius dicitur infra quam agatur de potestate clavis: sed nullus habet claves nisi sacerdos: cum claves dantur in collatione ordinis sacerdotis: ergo non potest nec debet fieri nisi sacerdoti. Et ista dicit Augustinus et ponit de peni. di. vij. Qui vult confiteri peccata sua vt inveniat gratiam querat sacerdotem.

Secunda conclusio est qd confessio est facienda proprio sacerdoti. Et ista conclusio patet sic: Licet enim ut dictum est omnes sacerdotes habeant claves: non tamen omnes habent materiam in qua possunt exercere usum clavis: sed solum illis quibus commissa est cura animarum respectu illorum quorum cura est eis commissa: et ideo solum talibus est confessio facienda et tales sunt proprii sacerdotes: ergo solum propriis sacerdotibus est confessio facienda. Et potest aliquis dicere quis est proprius sacerdos. Alii qui dicunt qd proprius sacerdos est sacerdos parochialis qui habet administrare sacramenta ecclesiastica: et isti est confessio facienda. Et videtur dictum istorum fundari in ratione ista: Illi debet fieri confessio qui habet administrare sacramenta eucharistie ad hoc enim datum est preceptum de confitendo in quadragesima vt fit

Ho sac
204

... de ymaginibus ...

deles digne accederent ad sacramen-
 tum eucharistie in pascha. Cui ergo
 sacerdos parochialis sit obligatus
 & teneatur ex officio suo administra-
 re sacramentum eucharistie parro-
 chianis suis. ideo omnes parrochia-
 ni sui tenentur confiteri sibi ad mi-
 nus in quadragesima. Et ista videt
 esse intentio illius decretalis. omnis
 vtriusq; sexus. & illius. c. de pe. dis.
 vj. placuit. Istud enim videtur de in-
 tentione sacre scripture in veteri te-
 stamento vbi dicitur Proverborum
 xxij. Diligenter agnosce vultum pe-
 coris tui. sed vultus pecoris tui scds
 glo. est scietia que no potest agno-
 sci nisi per confessione. ergo oportet q
 ille qui habet curam agnoscat confes-
 sionem quod non potest fieri nisi au-
 diat eam. Hoc etiam idem videt di-
 cere scriptura in nouo testamento vbi
 dicitur ad Hebre. vj. Serui obedite
 per omnia ppositis vestris. ipsi eni
 puiuant quasi rationem reddituri
 pro animabus vestris. ergo si ille q
 habet curam tenetur reddere ratio-
 nem pro anima subditi videtur ne-
 cessarium q sciat statum anime sub-
 diti quod no potest fieri nisi audiat
 eius confessionem. quare oportet q
 quilibet subditus confiteatur curato
 suo. Alij distinguunt de proprio & di-
 cunt q proprium dicitur duobus mo-
 dis. Uno modo dicitur proprium se-
 cundum q diuiditur contra alienus
 Alio modo dicitur proprium scdm
 q diuiditur contra commune. Ado-
 do dicunt isti q quilibet tenetur con-
 fiteri proprio sacerdoti secundum q
 proprium opponitur alieno. non au-
 tem secundum q opponitur comu-
 ni. Nam constat & certum est q si a-
 liquis fuisset confessus peccata sua
 domino pape vel episcopo vel archi-
 episcopo suo fatuum & temerarium

esset dicere q teneretur illa eade pec-
 cata confiteri suo parochiali cura-
 to. Cum ergo isti qui ex privilegio p
 dicant & audiunt confessiones sint vi-
 carij domini pape & episcoporuz co-
 fessi eis no tenentur iterum confite-
 ri sacerdoti suo parochiali. cum ta-
 les sint quasi quidam penitentiarij
 particulares. Et ideo sicut confessi
 penitentiarijs domini pape & episco-
 porum non tenentur iterum confite-
 ri curatis suis ita nec confessi istis.
 & ita hodie est indeterminatum p do-
 minum nostrum papam Joannem
 xxij. in quadam decretali sua extra-
 uagante. que incipit vas electionis.
 Istud etiam videtur esse de intentio-
 ne illius decretalis. Super cathedras
 que ponitur extra de penitentijs & re-
 missionibus in constitutionibus dñi
 Clemen. iij. dudum bone memorie
 vbi dicitur q fratres predicatoris &
 minorestantum habeant de potesta-
 te in confessionibus audiendis qua-
 tum parochialis sacerdos de iure
 noscitur habere. sed confessi sacerdo-
 tibus parochialibus non tenentur
 iterum confiteri. ergo nec cofessi eis
 ¶ Et scdm via istam illa decretalis.
 Omnis vtriusq; sexus loquit de sa-
 cerdote pprio. put ppriū diuiditur
 extra commune. Unde sensus est. Co-
 fiteatur proprio sacerdoti id est non
 alieno.
 ¶ Et quicquid sit de hoc tamen si il-
 li qui audiunt confessiones ex privi-
 legio domini pape induceret sibi co-
 fitentes ad confitendum semel in an-
 no suis curatis bn facerent & ad hoc
 inducuntur in illa decretali domini
 Benedicti pape vndecimi qui fuit
 de ordine predicatorum. que incipit
 inter cunctas. & tenentur ad hoc. ga-
 licet illa decretalis sit renocata in-
 quantum contrariatur decretali bo

Handwritten scribble or signature.


q̄ si t̄met̄ verisimiliter ⁊ pbabiliter
de istis vel de aliquo istoz̄ debet pe
tere licentiã a curato suo q̄d̄ p̄fiteat̄
alij. vel si potest habere copiaz̄ supe
rions sicut episcopi vel penitentiã
rij sui vel alicuius religiosi habentis
potestates audiendi p̄fessionẽ p̄fitea
tur sibi.

¶ Sed si ista non potest habere copi
am alicuius istoz̄ ⁊ curatus suus
est ita maliciosus q̄ nō vult dare si
bi licentiã confitendi alij. quid fa
ciat ista persona? Dico q̄ si timet de
solicitatione comendet se deo orã
do q̄ eripiat eam a tentatione ⁊ do
net sibi virtutem ⁊ constanciam resis
tendi ⁊ confiteatur in loco publico.
Et d̄s q̄ teste ap̄lō neminẽ p̄mittit tẽ
rari supra id quod potest s̄z̄ faciet eã
tentatione p̄ducentaz̄ ⁊ adiuuabit eã
⁊ sic nōn commouebitur. In casu au
tem vbi timet de reuelatione confes
sionis: credo q̄ si timor esset rationa
bilis ⁊ non leuis vel fatuus q̄ sine li
centia sua si ipse negaret eam ius cō
cedit ei q̄ scilicet alteri habenti pote
statem audiendi confessiones possit
confiteri. ita tamen q̄ sit in proposi
to q̄ vbi haberet curatum sufficien
tem confiteretur sibi: sicut enim ille
qui contrahit matrimonium appo
nendo conditionem inhonestam cō
tra substantiam matrimonij p̄uat
tore matrimonij. et dicit̄. xxij. q. iij.
inter cetera. xxij. q. ij. aliquando so
let queri. extra de conditionibus ap
p̄sitis inde. c. vl. ita sacerdos nō ser
uans ea que sunt de substantia p̄fes
sionis. immo faciens p̄tra ea est pri
uatus iure quod habebat in audien
do confessiones. Cum ergo tenere se
cretum sit de substantia confessiōis
quantum est ex parte confessoris sa
cerdos reuelans confessionem ē pri
uatus iure quod habebat in audien

do confessionem. Et ideo si timetur
iuste ⁊ rationabiliter q̄ iste curatus
reuelaret confessionem nullus tenet̄
confiteri sibi. Tercuz̄ est q̄ ista ratio
non concludit nisi contra eum qui iã
reuelauit confessionem nō p̄tra eum
qui reuelaturus est: sed hoc facit se
quens ratio. Item quod pro cha
ritate institutum est contra charita
tem militare nō debet. sed confessio
instituta est pro charitate: quia qui
libet tenetur se diligere ad honorem
dei eum glorificando ⁊ se ei humiliã
do ⁊ eum sibi reconciliando. ergo nō
tenetur militare contra charitatem
seipsuz̄ prodendo ⁊ diffamando. q̄d̄
fieret si homo teneretur confiteri il
li de quo iuste ⁊ rationabiliter presu
meretur q̄ reuelaret confessionem:
Unde Augustinus hortans ad pe
nitentiam ⁊ confessionem dicit̄. Itã
dico q̄ ta te prodas. sed si aliquis cō
fiteretur scienter alicui qui confes
sionem reuelaret proderet se: ergo nō
debet sibi p̄fiteri.

¶ Sed pone proprius sacerdos ē he
reticus vel schismaticus vel simonia
cus vel excommunicatus nunq̄d̄ de
bet sibi confiteri. Dico sine p̄iudici
o q̄ non. Et est ratio generalis quã
tum ad omnes tales. Cum enim par
ticipare cum excommunicato in sa
cramentis sit peccatus mortale ⁊ om
nes tales sint excommunicati de iu
re: ⁊ confessio sacramentalis sit sacra
mentũ. quicunq̄ talibus confiteret̄
peccaret mortaliter. Sed quantum ad
hereticũ est specialis rō: q̄ hereticus
de facili p̄neret sibi confitentẽ in er
rore. vel induceret in desperationes.
sicut fecerunt pharisei. Inde qui con
fessus fuit eis dicens. ¶ Deccauĩ tra
dens sanguinẽ iustũ. ⁊ ipsi loco bonũ
consilij dixerũt ei. quid vđ nos tu. ⁊

deris. Ulterius pone: dicitur comu-
aiter et declarabitur infra quod nullus de-
bet diffamare vel accusare aliam in
confessione: sed potest contingere quod
si aliquis confiteatur curato suo oportet
tebit quod diffamet alium: sicut ponat
aliquis peccavit cum matre sua que
est bene nota curato: vel cum filia vel
cum sorore: et sic cum iste sint note ut
dicitur est curato remanebunt diffama-
mate apud eum. Dicendum est quod ta-
lis debet confiteri si habeat oportu-
nitatem tali qui non habeat notitiam
personarum. Unde talis debet veni-
re ad curatum dicens: Domine ego
habeo casum quem non debeo dicere
vobis: ideo peto licentiam alteri con-
fiteri: et sacerdos tenetur eam dare
sibi et ea habita debet querere sacer-
dotem qui nullam habeat notitiam
de persona cum qua peccavit. Et con-
sulo sacerdotibus curatis quod sint fa-
ciles ad tales licentias concedendas
quia ex hoc provenit duplex bonum.
Unus est quia ipsi exonerant. Aliud
est quia alij aperti sunt et melius ac se-
curius confitentur.

Curato

Sed nunquid que peccavit cum cu-
rato suo tenetur sibi confiteri? Dico
quod cum verecundia sit magna pars sa-
tisfactionis et illa non tantum verecun-
detur de illo qui est conscius sceleris
quantum de vno alio mulier ista non
debet confiteri illi nec ipse debet eam
audire: imo debet sibi dicere vade ad
alium: tamen si confitetur sibi et ipse ab-
solueret eam esset absoluta.

Sacerdos autem curatus cui confite-
bitur? Dico quod si quando sibi comit-
titur cura ipse peteret licentiam quod pos-
set eligere confessorem vel commissionem
cure diceret sibi episcopus ne ex hoc
quod habes curam aliorum detrimentum
anime tue patiaris procedimus tibi quod
possis eligere confessorem idoneum

quod te absolvere valeat: esset multum
securum. Tenetur tamen communiter
quod in commissione cure detur talis licen-
tia implicite alias commissio cure est
sibi nociva.

Sed nunquid ex hoc possunt confi-
teri simplicibus sacerdotibus? qui non
habent auctoritatem audiendi con-
fessiones. Dico quod non de rigore iuris.
Et est duplex ratio: una quia iste non
est modus dandi iurisdictione ei qui
alias non habet. Alia quia licet cura-
ti sint licentiatum quod possint confiteri:
tamen isti non sunt licentiatum quod pos-
sint eos audire: tamen credo quod ex quo
episcopi sciunt quod curati confitentur
tur istis et ipsi absolunt eos et non pbi-
bent: imo dissimulant vident eis da-
re tacite potestates audiendi et absol-
uendi curatos.

Notandum autem quod si aliquis sit
in periculo mortis et non possit haberi
copia sacerdotis potest et debet con-
fiteri laico fideli et non excommunicato
ita habet de pe. di. ij. que penitet. de
pse. di. iij. sanctum. Et Augustinus?
Tanta est vis confessionis ut si artu-
culus necessitatis imineat et deest sa-
cerdos confiteatur proximo: ita tamen
quod talis confessio non est sacramentum
cum desit ibi illud quod est formale
in sacramento scilicet potestas clavis
ratione tamen bone voluntatis quam
pretendit in verecundia quam incur-
rit absoluitur a deo. Et ille qui au-
dit confessionem tenetur orare pro eo
dicendo Misereatur tui etc. si sciat vel
pater noster: ita tamen quod si euadat peric-
ulum teueat iterum confiteri illi qui
potest eum absolvere.

De quibus est facienda con-
fessio. Lapin. v. q. 7. superius.

Quod est confessio superficialiter
restit

videre de quibus debet fieri. Et est sciendū q̄ debet fieri de peccatis ita dicit ps. Diri confitebor aduersum me iniusticias meas dño. Iniusticias dicit id est nō iusticias. Et in canonica Jacobi. Confitemini alterutris peccata vestra non bona vel virtutes sicut faciebat phariseus dicens Gratias ago tibi dñe quia nō sum sicut ceteri homines fornicatores adulteri velut etiam hic publicanus: ie suno bis in septimana: decimas de oim que possideo. Debz ergo p̄fessio fieri de peccatis.

¶ Notandum autem q̄ peccatorum quedam sunt venialia quedam mortalia. Quantum ad peccata venialia simpliciter loquendo nō sunt de necessitate confitenda. euz enim de natura sua sint venialia quod etiam ipsum nomen importat possunt per se veniam consequi siue per penitentiam anteriorem habendo scilicet confessionem in generali de ipsis siue p̄ exteriorem assumptionem: sicut per perussionem pectoris et similia. Unde est notandū q̄ peccata venialia multis modis remittuntur etiam absq̄ confessione. Uno modo per perussionem pectoris. Alio modo per confessionem generalem que fit in prima et in completorio et in principio misse. Alio modo per benedictiones episcopalem: Et idem credo non tamen assero de benedictione sacerdotis que fit in fine misse. Alio modo per aspersionem aque benedictę de consecra. distin. iij. aquam salis aspersam benedicimus ut ea cuncti aspersi sanctificentur. Alio modo quādo quis deuote dicit orationem dominicam scilicet pater noster. et hoc virtute illius verbi. Dimitte nobis debita nostra. Alio modo ut dicunt aliqui per ingressum ecclesie conse-

crate. Et intelligo quando ingrediatur causa orationis. Alio modo per deuotam summptionem alicuius sacramenti: potissime sacramenti eucharistie de consecra. distin. iij. cum omne crimen. Intelligo tamen quādo dico sic vel sic venialia dimitti qñ persona non habet nisi peccata venialia. quia si haberet mortalia nunq̄ sibi remitterentur venialia quousq̄ mortalia essent dimissa. Quis autem peccata venialia quantum est de natura sua non sint de necessitate confitenda tamen multum est congruum maxime virtus perfectis. sicut sūt religiosi et prelati q̄ confiteantur. qz pena eorum multum minuitur virtute clauū.

¶ Notandum tamen q̄ in casu contingit q̄ homo tenetur confiteri peccata venialia et hoc propter dubium scilicet quando dubitat probabiliter de aliquo vtrum sit mortale vel veniale. Et quia si non peniteat de eo sicut de mortali discrimini se exponit et ideo debet confiteri sicut iacet in conscientia sua et iudicio sacerdotis relinquat vtrum sit mortale vel veniale. Et consulo sacerdoti q̄ non sit nimis pronus ad iudicandum esse peccata mortalia: sed potest dicere esse peccatum et inducere homines ad penitentiam. Tenetur etiam homo confiteri peccatum veniale propter ecclesiasticum statutum quando scilicet non habet remorsum conscientie de aliquo peccato mortali. quia euz ex statuto ecclesie teneatur quilibet confiteri infra quadagesimam talis tenetur confiteri. et cum non habeat peccata mortalia oportet q̄ confiteatur peccata venialia. Dicunt tamen aliqui q̄ sufficit q̄ presentet se sacerdoti dicens. Domine ego nō habeo conscientiam de aliquo peccato mortali

tali: tamen presento me vobis vt videatis meam conscientiam. primuz tamen puto securus. Tenendum est ergo non esse necessarium confiteri peccata venialia scdm qd talia sunt: est tamen multum vtile & expediens vt teneatur quis ad confitendum ea de bono & equo nisi in duobus casibus: vel quia ligatur a cōscientia sci licet quando dubitat vtrum sit mortale vel veniale. vel quia ligatur a cōstitutione ecclesiastica quando scilicet non habeat mortalia que confiteatur.

¶ Quantum ad peccata mortalia dico tam manifesta qm̄ occulta tenetur quilibet distincte & sigillatim confiteri: & si exciderunt a memoria sua tenetur laborare quantum poterit qd recordetur. Quid autem teneatur confiteri peccata mortalia manifesta etiam cōfessori patet: quia ad hoc qd cōfessor absoluat peccatorem oportet qd sciat peccata vt deus cuius locus tenet: sed non potest scire vt deus cuius locum tenet nisi dicatur in confessione: ergo quantumcunq; sit manifestum peccatum cōfessori debet sibi ipsum dicere in confessione. Unde sicut in foro iudiciali non sufficit vt iudex sci. at causam vt priuata persona: imo oportet qd sciat eam vt iudex: ita in foro penitentiali non sufficit qd cōfessor sciatur peccatum vt homo: imo oportet qd sciat ipsum vt deus & qd dicatur sibi in confessione. Tenetur etiam confiteri peccata quā tumcunq; sint occulta. Cuius ratio est: Sicut enim medicus corporalis non potest dare salubre remedium nisi cognoscat infirmitatem: ita cōfessor qui est medicus anime nunq; potest imponere penitentiam salutarem nisi cognoscat peccatum. non potest autem cognoscere peccatum occul-

tum nisi reueletur sibi in confessione: oportet ergo qd peccatum quantumcunq; occultum confiteatur. Istud est enim vt peccator qui nō erubuit peccare in cōspectu dei cui nihil potest occultari non erubescat ipsuz cōfiteri homini. Apparet ergo qd peccata mortalia quecunq; sint sine occultata sine manifesta omnia & singula distincte et sigillatim sunt confitenda.

¶ Sed nunquid circumstantie peccatorum sunt confitende? Dicendum qd circumstantie peccatorum que sunt attendende in confessione in hoc versu continentur. Quis. quid. vbi. per quos. quoties. cur. quomodo. quantum. Quilibet attendat anime medicamina dādo. Quis: vtruz ipse peccator sit masculus vel femella: senex vel iuuenis: nobilis vel ignobilis: liber vel seruus: in dignitate vel officio positus vel constitutus vel priuatus: sane mentis vel insanus: sciens vel ignorans: solutus vel coniugatus claustralis: clericus vel laicus: consanguineus: affinis vel extraneus: christianus: hereticus: iudeus: paganus. Quid. vtrum commisit adulterium fornicationem vel stuprum homicidium sacrilegium & similia. Itē vtruz illud quod perpetravit sit enorme vel mediocre vel paruum. Item vtrum sit manifestum vel occultum. Item vtrum sit antiquuz vel nouum & similia. Tibi. scilicet in loco pphano an sacro. in domo domini vel alibi. Per quos: scilicet inter mediatores & inter nuncios: quia oēs tales faciunt participes criminis & damnationis & ipse est reus pro peccatis eorum. Iterum per quos. i. cum quibus et pro quibus & contra quos. Quoties id est quotiens comisit adulterium vel fornicationem: & vtrū vnam vel plu-

res quotiens dixit proximo verba cō
tumulosa vel iniuriosa id est quoti
ens iteravit iniurias & similia. vul
nus enim iteratum tardius sanatur
Cur scilicet quali tentatione vel oc
casionē hoc fecerit. & vtrum preuene
rit ipsam tentationem v' occasione
vel fuerit preuentus ab ea. Iterum si
sponte vel coactus & qua coactione
condicionali videlicet an absoluta.
Iterum vtrum cupiditate an paup
tate. Iterum ludo an nocēdi animo.
& similia. Quomodo id est de modo
agendi & patiendi quod melius actu
q' locutione scitur. Quando id est si
tempore sacro. puta diebus festiuis
quadragesima vel diebus ieiuniorū
vel alijs diebus. Item si ante penitē
tiam aut post frangendo ipsam pe
nitentiam. Iste ergo circumstantie
sunt que sunt in omni peccato atten
dende quarum quedas respiciunt p
sonam peccantis. sicut ista quis. q'
dam respiciunt ipsū peccatū & hoc
vel quantum ad substantiam facti &
sic est quid. vel quantum ad modum
agendi & sic est quomodo. vel quan
tum ad causam finalem & sic est cur.
vel quantum ad causam iuuantem &
sic est per quos. vel quantum ad fre
quentiam actus. & sic est quotiens.
Quedam respiciunt tempus & sic est
quando. Quedam respiciunt locum
& sic est vbi.

Charum igitur circumstantiarum
quedam mutant speciem peccati. si
cut accipe rem alienam inuito domi
no est peccatum furti. isto modo ad
datur peccato ista circumstantia vbi.
id est accipiatur de loco sacro iā mu
tatur species peccati. quia nō solum
est furtum. unino sacrelegiū. Simi
liter cognoscere mulierem non suaz
est fornicatio. addatur ista circūstan
tia quid. scilicet q' ista non sua sit cō

ingata iam est adulterium. vel q' sit
virgo iam est stuprum. vel q' sit con
sanguinea iam est incestus. vel adda
tur ista circumstantia quomodo id
est q' nō cognoscatur modo debito.
iam mutatur species. quia est pecca
tum contra naturam. Similiter me
briari de natura sua nō est peccatum
mortale. addat ista circumstantia scz
quotiens q' habet iam in vsu q' in
briet se. quod tunc est peccatū morta
le. similiter percutere alium iniuriose
est peccatum. addat ista circumstantia
quis id est q' ille qui peccatū sit ele
ricus iam mutat species. quia iam
ibi ē excommunicatio. & ita de alijs
circumstantijs. Quedam vero circū
stantie non mutant speciem peccati
tamen aggravant peccatum. verbi
gratia cognoscere solutam non suaz
est fornicatio. modo scilicet addatur
ista circumstantia quando id q' co
gnoscatur tempore sacro licet nō mu
tetur species peccati tamen aggrava
uat. vel addatur ista circumstantia
quid id est q' fornicatur publice & i
manifesto. certe iam aggruat pec
catum. & sic de alijs criminibus vel
circumstantijs. Quedam autē cir
cumstantie alleviant peccatum. sicut
percutere clericum est peccatum. ad
datur ista circumstantia cur. id ē. q'
aliquis percutiat eum ludo iam mi
nuitur peccatum. Accipere rem alie
nam est peccatum. addatur ista cir
cumstantia quando. quia scilicet ac
cipit eam tempore necessitatis certe
minuitur & sic de alijs. Ipatet ergo
q' circumstantiarum quedam mu
tant speciem peccati quedam aggra
uant sed nō mutant quedam allevi
ant. Modō de circumstantijs mutā
tibus speciem peccati dicunt p'cordi
ter doctores q' sunt de necessitate cō
sistende. Unde non sufficit dicere in
b ij

confessione: accipi rem alienam: im-
mo si fuerit accepta de loco sacro o-
portet qd exprimatut dicēdo: accipi
istud de ecclesia vel de tali loco. **¶** **¶**
etiam sufficit dicere: peccavi cū mu-
liere: imo oportet qd exprimatut utrū
coniugata vel virgo vel cōsanguinea
vel religiosa: et ita de alijs. De circū-
stantijs autem aggrauantibus s; nō
mutantibus peccatus est diuersitas
inter doctores. **¶** Nam quidaz dicunt
qd tenentur confiteri de necessitate.
Alij dicunt qd non tenentur de neces-
sitate: est tamen multum congruum
et vtile qd confiteantur. et hoc maxi-
me viris peritis et intelligentibus: et
credo qd confessores debent interro-
gare de huiusmodi circumstantijs et
potissime simplices. De hoc tamen
magis dicitur infra. De circumstan-
tijs autem alienantibus dicunt do-
ctores qd nō debent confiteri nisi for-
te interrogaret de eis. Ex dictis patet
quomodo peccata tam venialia
q̄z mortalia sunt cōfitenda. Que au-
tem sunt peccata mortalia dicit ali-
qualiter infra quando agetur de in-
terrogationibus sciendis in confes-
sione: quia si poneretur hic oporteret
iterum ponere ibi.

¶ De conditionibus quas debet
habere confessio. Caplin. vj.

Ad sciendum qualis debeat esse
confessio. **¶** Notandum qd David
propheta in secundo psalmo penitē-
tiali ponit summgrie cōditiones cō-
fessionis dicens: Dixi confitebor ad-
uersum me iniusticias meas domi-
no: et tu remisisti impietatem pecca-
ti mei. vbi innuit qd confessio primo
debet esse premeditata: ideo dicit di-
xi: id est in corde meo disposui. **¶** Se-
cundo debet esse aperta nō palliata:

ideo dicit confitebor: id est nō palli-
bo. **¶** Tertio debet esse accusatoria: ideo
dicit aduersum me: id est contra me
non excusando nec defendendo me.
Quarto debet esse verecūda: ideo di-
cit iniusticias: id est peccata de qui-
bus homo verecūdat. Quinto de-
bet esse propria: ideo dicit meas: et nō
alienas. Sexto debet esse meritoria:
nam sequitur et tu remisisti impieta-
tem peccati mei.

¶ Ut autē magis particulariter p-
cedamus notandum qd confessio ad
hoc qd proficiat debet habere. xvj. cō-
ditiones que continentur in his versu-
bus: Sit simplex humilis confessio
pura fidelis. Atqz frequēs nuda dis-
crete libens verecūda. fortis et accu-
sans et sit parere parata.

¶ Dicit ergo sit simplex: nāz simplex
dicitur qd sit sine plica. Unde confes-
sio dicitur sine plica alicuius falsita-
tis dum nō taceatur verum nec ad-
miscatur falsum: etiaz humilitatis
causa. Unde Augustinus: Si humi-
litate causa mentiris si nō eras pec-
cator anteq̄z mentireris mentiendo
efficeris. Unde confitens nō debet
celare quod fecit nec dicere quod nō
fecit: sed simpliciter et de plano nar-
rare peccata sua: quia vt dicit Sa-
piens: Qui ambulat simpliciter am-
bulat confidenter.

¶ Secunda conditio est qd sit humi-
lis talis fuit confessio illius publica
in de quo dicit xps in Luca qd nō au-
debat oculos ad celum lenare: s; per-
cutiebat pectus suam dicens: Deus
propitiuss esto mihi peccatori: et ideo
recessit iustificatus: ideo dicit beat-
us Petrus: Humiliamini sub potenti
manu dei vt vos exaltet in tēpore vi-
sitationis: quia vt dicit Job: Humi-
lem spiritum suscipit gloria.

Tertia conditio est q̄ sit pura vt nō fiat propter ypocrisis vel propter vanam gloriam: sed fiat pure et propter deum ⁊ non fiat timore sermili: id est timore pene inferni: sed timore filiali: id est timore offense diuine sicut dicitur est supra de cōtritione. fiat etiam sine omni fictione: quia talis confessio est confessio lupi. de quo fabulose narratur q̄ semel confitebatur: et confessor dicit sibi. **F**acis signum facis animum tamen extimo prauum quasi diceret. Licet pretendas contritionem ⁊ penitentiam iam in facialitiam tamen retines in animo.

Quarta conditio est vt sit fidelis. scilicet tam p̄fitens q̄ confessor sint in fide catholica ⁊ fiat secundum doctrinam ecclesie nō secundum doctrinam hereticorum. ita etiam q̄ fiat sub spe venie non sit sicut confessio Iude traditoris qui postq̄ fuit optime confessus dicens. **I**deccam tradens sanguinem iustum: desperauit de venia ⁊ abiens laqueo se suspendit. **P**robantur ista de penitentia. **Q**uem penitet. Et distincti. **vj.** qui vult.

Quinta conditio est q̄ sit frequens. Quod dupliciter intelligendum est. **U**no modo vt si frequenter ceciderit per peccatum mortale frequenter surgat per penitentiam. ⁊ hoc habet de pe. **dis. ij.** reperitur. **S**epties in die cadit iustus. ⁊ c. ad hoc instant per fidi. **A**lio modo vt etiam eadem peccata frequenter confiteantur. **U**nde Augustinus. **Q**uanto confitebitur pluribus quis turpitudinem criminis tanto facilius consequitur veniam remissionis. **D**e hoc tamen modo ad hoc tenetur quis agatur in fra quando agatur de iteratione confessionis.

Sexta conditio est q̄ sit nuda: quia

non debet confiteri per nuntium vel per epistolam sed viua voce id est ore proprio principaliter vt qui p̄ se peccauerit per se erubescat. **I**tem non debet confiteri verbis vel nominibus ciminum palliatis sed quolibet peccatum suum suo proprio nomine quantumcumq̄ turpe exprimat honeste tñ id est omnes circumstantias quantumcumq̄ turpes ⁊ abhominabiles exprimat. vt sic tota sanies apostematis expellatur. **D**e circumstantiis quō sunt confitende habet supra. c. precedenti.

Nota etiam q̄ mutus potest ⁊ debet confiteri per signa. ⁊ homo qui est alteri lingue ⁊ ideomatis ita q̄ si confessor: nō intelligeret eum debet confiteri per interpretationem ⁊ interpretem ita tenet tenere secreta confessionem sicut confessor.

Nota etiam q̄ si aliquis scribat peccata sua in carta vt melius recorderetur de eis ⁊ legat coram sacerdote bene facit.

Septima conditio est q̄ sit discretia vt scilicet distincte ⁊ separatim confiteatur singula peccata sua non p̄sum se iuxta illud ps. **L**auabo per singulas noctes lectum meum. **l**auabo inquit in confessione per singulas noctes id est per singula peccata. **l**ectum meum id est conscientiam meam. **J**ē vt eligat peritum iudicem. **A**ugustinus. **S**acerdotem quere qui te sciat ligare ⁊ soluere. **E**t hoc quere supra cui facienda est confessio.

Octaua conditio est q̄ sit libens. id est voluntaria vt non sit sicut confessio achoris qui coactus confessus est ⁊ lapidatus sed sicut confessio de xtri latronis in cruce. licet enim dolere debeat propter peccata que commisit debet tamen gaudere p̄pter vltimā quā recuperavit. **v**nde p̄uenit dolo.

rem ⁊ gaudium esse simul ⁊ semel in eodem subiecto. ps. Scdm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue. Iustificauerunt animam meam.

¶ **Nonā conditio** est q̄ sit verecūda. Cum magna verecūdia debet peccator confiteri. ⁊ sic merebit veniam Augustin⁹. Laborat mens anim⁹ patiēdo erubescētiā. Et quoniā verecūduz esse est magna pena: qui erubescit p̄ p̄po sit dignus venia: de peccati. i. que penitet. nō tamē debet esse tanta verecūdia q̄ propter eam dimittat dicere veritatem. Unde Sapiens: Ne confundaris p̄ animā tuā dicere veritatem: quoniam est cōfūsiō adducens peccatuz ⁊ est cōfūsiō adducens gloriā.

¶ **Decimā conditio** est q̄ sit integra vt scilicet dicat omnia peccata nō videndo ea inter duos sacerdotes s; omnia dicat vni nihil penit. dimittēdo. Deus enī summe bonus opus imperfectiōis nō nouit aut totū hominē sanat aut nihil. Versus d̄ hoc: Summa dei pietas veniam non dimidiabit. Aut nihil aut totum te penitente dabit. Augustinus: Laueas ne verecūdia ductus diuidas confessionem.

¶ **Undecimā conditio** est q̄ sit secreta tam ex parte confitentis q̄ ex parte confessoris. Ex parte confitentis vt nō predicet peccata sua in plateis ne alij scandalizentur in peccato suo ⁊ ne sit de illis qui gloriantur cū male fecerint. Quomodo ergo debet esse secreta ex parte cōfessoris dicetur infra quando agetur de sigillo confessionis.

¶ **Duodecimā cōditio** est q̄ sit lachrymabilis. Hoc dicit Hieremi. Per diem ⁊ noctem nō des requiem tibi: neq; taceant pupilli oculi tui. Joan

nes Crisostomus: Lachryme haurit delictum quod pudor est confiteri. Et in veritate magnum signum contritionis sunt lachryme potissime in homine adulto. Mas in paruulo vel muliere nō est multum curanduz de lachrymis. Nam de mulieribus dicit Ouidi⁹: Ut flerent oculos eruerē suos.

¶ **Tredecimā conditio** est q̄ sit accelerata: id est festina. De ista conditioe requiritur supra. c. quando est confessio faciēda.

¶ **Quartadecimā conditio** est q̄ sit fortis exemplo beate Marie magdalene que adeo fuit fortis in penitendo propter amarā interiori cōpulsionem: quia nullo pudore obstante publice fuit confessā turpitudinem suorum peccatorū. Sic peccator debet esse fortis in penitendo ⁊ p̄stendo ⁊ p̄ nullo retrahat a confessione peccatorū: quia scriptū est: fortis est vt mors dilectio.

¶ **Quintadecimā conditio** est q̄ sit accusatoria q̄ dicat se cōmississe peccatuz ex ppria malitia accusando se fortiter nō pretendens excusationes in peccatis: sicut fecerunt primi parentes. Uti Sapiēs: Justus in principio accusator est sui. venit amicus eius ⁊ inuestigabit eum. iste amicus est deus. ⁊ nisi peccator modo accuset se corā isto amico. i. corā facer dote dei vicario in futuro hēbit multos accusatores. s. deū: ppriam cōscientiam: diabolu: peccatū: ⁊ etiam totum mundū: quia vt dicit Sapiēs: Pugnat obis terraz cōtra insensatos. Si autē modo accuset se deus excusabit eum.

¶ **Sextadecimā conditio** est q̄ sit parere parata. i. q̄ sit obediens. Augustinus: Donat se penitēs oīno in potestate iudicis ⁊ in iudicio sacerdotis nihil

referuans sibi vt omnia eo subente paratus sit facere p recipienda vita anime quecumqz faceret penitanda corporis morte. ⁊ hoc cum desiderio quia vitam recuperat infirmam. cū gaudio enim debet facere immortalis futurus que faceret pro differenda morte moriturus. Raymundus i suma sua addit alias duas pditides.

¶ Prima qd sit propria vt sez seipm accuset ⁊ non alium. Unde ps. De vitam meam annunciaui tibi. vitaz inquit meam non alienā. alias si crimen vel peccatum altius proderet non esset criminis illius corrector sz proditor ⁊ detractor. Unde null⁹ debet nominare alium in confessione. nec sacerdos debz interrogare de nomine. fallit autem istud vbi circumstantia facti est talis qd non poterit aliter confiteri peccatum: puta si cognouit matrem: filiam vel sororem. Quid autem ⁊ quomodo sit faciendum in facto isto dictus est supra. cui est facienda confessio.

¶ Secda conditio quam addit Raymundus est qd sit morosa ⁊ non dicatur peccata in transcurso. sicut camprores computant nummos: sed cuz maturitate ⁊ mora ⁊ deliberatione: vt ex hoc attēdatur deuotio ⁊ maior habeatur contritio ⁊ rerecundia. Cōfiteat ergo penitens iuxta formaz pdictam ⁊ habita remissione peccatorum habeat premia beatorum.

Capitulum. vij. de iteratione confessionis.

Iacet vt dictum est supra multū sit sterile ⁊ fructuosum frequēter confiteri aliquando tamen est necessarium. Notandus ergo qd doctores ponunt aliquos casus in quibus de necessitate salutis est confessio ite-

randa.

¶ Primus est propter enormitates sceleris: sicut quando aliquis habet aliquem casum de quo confessor suus non potest euz absolvere ⁊ remittit eum ad superiorē tunc debet cōfessionem quam inferiori fecerat iterari superiori vt sciatur que penitentia est ei imponenda: nisi forte superior committeret vices suas quantū ad illum casum inferiori. Probatur iste casus. xxxij. q. ij. c. latronem. extra de peniten. ⁊ remiss. significauit

¶ Secundus casus est propter ignorantiam confessoris. si enim confessor suus sit imperitus ⁊ nesciat sibi imponere penitentiam pro peccatis confessis debet eum remittere ad confessorē penitentem qui ei sciat imponere penitentiam salutarem. ⁊ iste tenetur peccata prius confessa iterum confiteri. Unde Augustinus. Sacerdote m. quere qui te sciat ligare ⁊ soluere.

¶ Tertius casus est pro contemptu satisfactionis. vt quando quis confessus fuit de peccatis suis ⁊ contempsit facere penitentiam sibi impostam ⁊ recedit a memoria que fuit illa penitentia tenetur iterum confiteri illa eadem peccata si recordat de eis. Probatur iste casus de penitentia. dist. iij. silapostolus. Distinguedum est tamen de isto casu: quia aut iste confitetur eidem confessori cui primo fuerat confessus aut alij. Si confitetur eidem confessori si ille confessor recordat de peccatis sibi primo confessis nō tenet nisi velit itez confiteri illa sibi sed sufficit dicere ego dñe fui confessus vobis alias ⁊ vos recordamini de qb⁹ ⁊ sciat qd ego cōtēpsi facere penitentiam quam mihi imposuistis ⁊ nō recordor que fuit ⁊ ideo venio ad vos vt mihi illa vel alia im-

b iij

ponatis. Si autem non recordatur credo q̄ tenetur sibi iterum confiteri. Et idem dico si confiteatur alij sacerdoti.

¶ Quartus casus est propter malitiam fictionis: quando scilicet aliquis scienter retinet aliquod peccatum mortale in confessione: quia illud quod retinuit & oīa alia iterum tenet confiteri. Et ratio est: quia confessio prima non fuit facta in charitate cum ipse remaneret in peccato mortali: ergo impossibile fuit alia peccata dimittere ergo si nō fuerint dimissa debent iterum confiteri. Augustinus: Scio dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui peccata reseruat de alijs recipere venias: de peni. di. ij. sunt plures. Nota tamen distinctionem positam in casu precedenti q̄ si confiteatur eidem sacerdoti sufficit q̄ dicat quando fui vobis confessus tenui maliciose peccatum. & hoc si confessor recordatur de alijs peccatis: sed si nō recordatur tenetur iterum omnia confiteri. Et idem dico si confiteatur alij. Et q̄ i istis quatuor casibus sit de necessitate confessio iteranda concordant omnes doctores. Sunt autem alij casus in quibus doctores ad inuicem variant.

¶ Primus casus est propter peccati obliuionem recordationem.

¶ Secundus est propter peccati recordationem. Dicunt enim aliqui doctores q̄ quando recordatur aliquis de aliquo peccato mortali quod non fuerat confessus: vel quando reciduat in aliquod peccatum quod ante fuerat confessus: puta fuerat confessus de adulterio & iterum committit & relabatur in adulterium iterum tenetur omnia peccata prius confessas confiteri. Et quantum ad primum casum est ratio: quia aliter nō esset confessio

integra. Quantum autem ad secundum casum est ratio istorum: quia dicunt q̄ omnia peccata quantumcumq̄ prius dimissa redeunt propter ingratitudinem. Alij dicunt q̄ sufficit dicere in generali se alias peccasse & de nouo de hoc peccato recordari fuisse vel de nouo hoc peccatum commississe. Tertij dicunt quasi in medio modo dicentes q̄ in predictis duobus casibus peccata eiusdem generis iterum confiteri in speciali. peccata vero alterius generis sufficit confiteri in generali: verbi gratia: aliquis recordatur modo se commississe furtum si alias fuerit confessus de furto tenetur iterum confiteri de eodem furto in speciali: vt dicit prima opinio. De alijs vero peccatis sufficit confiteri in generali vt dicit secunda opinio. Et idem dico de reciduo. Que istarum opinionum sit verior relinquo iudicio meliorum vt vnusquisq̄ eligat quam voluerit.

¶ Magister Gotsfredus de fontanis magister in theologia Parisius in quodam suo quodlibeto addit vnus alium casum scilicet quando aliquis confitetur & nō dolet nec penitet de peccatis vel de peccato preterito nec proponit abstinere i futuro: talis tenetur iterum confiteri. Et inter multas rationes quas adducit pro hoc est ista vna: quia essentialiter ordinatis posteriorius nō potest stare prior. Et multo minus potest stare eorum contrarium prioris: sicut aliquis nō potest confiteri nisi prius sit baptizatus. & baptismus & confirmatio habet necessarium ordinem: sed contritio & confessio habet necessarium ordinem inter se: quare ad hoc q̄ confessio valeat homini oportet q̄ contritio precedat confessionem vel ad minus sit simul cum ea: si in casu proposito contritio nō precedit nec

est simul cum confessione. Immo est
 oppositum est simul cum confessione
 scilicet delectatio et complacentia in
 peccato quare illa confessio nihil va-
 luit. quia oportet quod iteretur. Tercius
 est quod frater Bernardus de Quanto
 baccalarius in theologia et quondam
 electus Chamontesi. in correctorio
 suo contra dictum magistrum Got-
 fredum dicit quod talis non tenetur ite-
 rum confiteri de necessitate sed tene-
 tur conteri de peccatis confessis si-
 cut. et de ipsa fictione et virtute con-
 fessionis primo facte et contritionis
 et penitentis remittitur peccata si-
 bi. Arguit ergo sic. Tantum valet et
 potest contritio in virtute confessio-
 nis facte quantum valet et potest in
 virtute confessionis fiende sed pri-
 tio in virtute confessionis fiende delet om-
 nia peccata ut tenet doctrina fidei.
 ergo et in virtute confessionis iam fa-
 cte. Confessio enim facta iam habu-
 it existentiam realem. et ideo virtus
 eius potest operari melius quam illius
 confessionis que non dux fuit. Que
 istarum opinionum sit verior nescio
 tamen credo quod saltem talis tenetur
 confiteri in generali sic. Confessus
 fui alias multa peccata de quibus non
 penitebam nec proponebam abstinere
 sed modo conteror de istis et sum
 paratus facere penitentiam mihi in-
 functam nisi fecerit eam. Et credo quod
 si in speciali confiteretur omnia pec-
 cata bene faceret. Et istud videtur sen-
 tentia Raynūdi in summa sua et ra-
 tionem eius vide supra in isto eodem
 c. ubi quartus casus est.

¶ Quō se debet habere sacerdos
 ad confitentem Cap. viij.

Ostenso de confessione et que et quomodo
 debet esse. restat ostendere.

de confessore. et primo quō debet se
 habere ad confitentem.

¶ Circa quod notandum quod confes-
 sor debet habere seu gerere vicez spi-
 ritualis medici. peccator vicem spi-
 ritualis egroti: sicut enim corporalis
 medicus accedens ad egrotum primo
 mulcet egrotum et compatitur ei seu cō-
 firmat infirmo verbis blandis salu-
 tem pollicetur. ut eger confidentius
 detegat morbi quantitatem doloris
 acerbiter. sic sacerdos quasi spiri-
 tualis medicus dum ad eum accedit
 peccator quasi spiritualis egrotus de-
 bet peccatorem verbis allicere blan-
 dimentis mulcere ut facilius egrotus
 id est peccator detegat morbi quan-
 titatem id est peccatum. Debet ergo
 confessor peccatorem monere et doce-
 re ut ad pedes eius sedeat humiliter
 nec patiatur eum sedere de pariete.
 Et si est mulier debet eam docere ut
 semper sedeat ex trāverso nec respi-
 ciat sacerdos faciem mulieris. quia
 ut dicitur in Abacuch. facies mulie-
 ris ventus viens. Nec etiam respiciat
 quemcumque confitentem in facie
 quia audatius confitebitur. Exinde
 pio ac dulci et suavi alloquio debet
 ipsum inducere ad compunctionem
 et confessionem proponens et osten-
 dens beneficia que contulit sibi chris-
 tus potissime in passione. quomodo
 scilicet pro saluandis peccatori-
 bus voluit tantum dolorem sustine-
 re. Iterum quia ut ipse dixit. Non
 veni vocare iustos sed peccatores.
 Item ostendat ei quod illi qui plus pec-
 cauerūt si bene penitent postea ma-
 gis diliguntur a deo et magis exalta-
 tur. Sicut patet in David Petro
 Paulo Adagdalena et latrone. qui
 omnes fuerunt maximi peccatores.
 et quia bene peniterunt de peccatis
 suis postmodum fuerunt multum et

ingulariter exaltati a deo. Erponat etiam xpi misericordiam et pietatem charitatem et mansuetudinem quibus paratus est recipere peccatores suadeat etiam sibi quod non verecundetur sibi confiteri: quia ipse est peccator sicut et ipse: imo forte plus quam ipse et non confitetur sibi sicut homini: sed sicut locum tenenti dei: et ipse citius permitteret se occidi quam reuelaret peccatum eius. Et si forte ex omnibus istis peccator nolit confiteri proponat ei confessor terrorem et penas inferni quot mala sunt parata peccatoribus quam dure deus punit eos qui nolunt penitere. quam misericorditer parcat penitentibus.

Et istis omnibus expositis audiat simpliciter confessionem ipsius caueatque sibi quod non spuatur nec ostendat aliquod signum abominationis quando documque peccator confiteatur peccatum flagitiosum et enorme: et omnia audiat cum mansuetudine et patientia.

Capitulum .ix. de interrogationibus faciendis in confessione.

Quidam dicant quod interrogationes non sunt sciende in confessione: tamen quia eorum dictum est plenum periculo propter simplicitatem et verecundiam hominum: ideo credo contrarius scilicet quod sunt faciende interrogationes. Unde Augustinus super illum locum qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat. Laueat spiritualis iudeus quia sicut non commisit erimen nequitie ita non careat munere scientie: oportet enim ut sciat cognoscere quicquid debeat iudicare. Iudicaria enim potestas hoc ex postulat ut quod debet iudicare cognoscat. Diligens ergo inquisitor subtilis inuestigator sapien-

ter et quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignorat vel verecundia velit occultare.

Cognitis ergo criminibus varietates eius non dubitet inuestigare et locus et tempus etc. quibus cognitis assit beniuolus paratus erigere et secum onus portare habeat dulcedinem in affectione pietatem in alterius crimine ne discretionem in varietate. Hec et multa alia de materia ista ponuntur de peni. distinc. vi. qui vult. Gregorius: Clavis apertioris est sermo correctionis: quia interrogando et increpando culpam detegat culpam sepe nescit ipse etiam qui perpetravit. xliij. distinc. Sic rector. Et ita secundum verbum beati Job subtiliter est educendus de sinu peccatoris obstetricante manu: id est industria confessionis coluber tortuosus. Cuius ergo quod interrogationes sunt faciende in confessione videndum est de quibus sunt faciende: et quo ordine.

Notandum ergo quod interrogationes sunt faciende de peccatis mortalibus et de circumstantiis eorum. Ut sciatur ergo de quibus sunt interrogationes faciende oportet scire que sunt peccata mortalia.

Sciendum tamen quod peccatus potest esse mortale dupliciter. Uno modo ex natura sua: sicut fornicari est peccatum mortale ex natura sua. Alio modo aliquis actus potest esse peccatum mortale ex intentione: sicut carere in ecclesia dei non est peccatum mortale immo potest esse peccatum mortale: sed carere ut placeat mulieri et alceat eam ad peccandum est peccatum mortale. Et quia intentiones humane sunt quasi infinite: ideo de his que sunt peccata ex intentione

nō potest certa regula dari. loquimur ergo hic de his que sūt peccata mortalia ex natura sua.

¶ Notandum ergo qd omnes transgressiones preceptorum decalogi sūt peccata mortalia de quibus tamen dicitur infra in tertia particula huius operis qm̄ ageſ de decem preceptis legis.

¶ Quedā etiāz numerantur ab apostolo ad romanos vt est idolatria vitium contra naturam. iniquitas. matitia. homicidio. auaritia. nequitia. inuidia. homicidium. contentio. dolus malignitas. susurratio. detratio. contumelia. supbia. elatio. intentio malorum. inobedientia. insipientia. in compositio. ⁊ istis adiungit. qui sūt sine affectione sine federe ⁊ sine misericordia. ⁊ ista omnia sunt peccata mortalia. ¶ Patet ex hoc quod sequit̄ scilicet qd qui talia agunt digni sunt morte. nullus autem dignus est morte nisi pro peccato mortali. ergo omnia predicta sunt peccata mortalia. Sed vt de peccatis mortalibus possit dari certa regula.

¶ Notandū qd omnia peccata mortalia ad septem vitia capitalia reducuntur. que quidem septem capitula vitia continentur in ista dictione SALISIA. Unde notandum qd in ista dictione Saligia sunt septem lettere ⁊ quelibet deseruit suo peccato mortali. Nam per istam litteram S intelligitur Superbia. per A. Auaritia. per L. Lururia. per J. Ira. per S. Sula. per I. Inuidia. per A. Accidia. Unde verius. Dat septē vitia hec dicitio saligia.

¶ Iste sunt septem male radices que in terra deserta inuisa ⁊ inaquosa animarum omnium peccatorum. de quibus ego sum vnus. radicantur. et ex qualibet earum pullulant multi ra-

mi. Et enim Gregorius tradit sup Job. Ex ista mala radice supbie oriuntur septem pessimi rami scilicet i. obedientia. iactantia. ypocrisis. contentio. pertinacia. discordia. presumptio.

¶ De radice auaritie nascuntur sex. scz. p. ditio. fraus. fallacia. periuriū. inquietudo. contra misericordiam cordis obduratio.

¶ De infecta radice luxurie nascuntur octo. scilicet cecitas mentis. inconsideratio. inconstantia. precipitatio. amor sui. odium dei. amor presentis seculi. horror siue desperatio futuri seculi.

¶ De petifera radice ire pullulant sex scilicet rix. timor mentis. contumelia. clamor. indignatio. blasphemie.

¶ De voraci radice gula nascuntur quinqz. scilicet inepta letitia. scurrilitas. immunditia. multiloquiū. ebetudo sensuum.

¶ De sicca radice inuidie germinantur quinqz. scz. odiū susurratio. detractio. exultatio in aduersis. proximi. afflictio in prosperis.

¶ De radice inqz accidie procedunt sex scz. malitia. rācor. pusillanimitas. desperatio. torpor. erga pctā. iactatio mentis circa illicita.

¶ Iste igitur sunt septem radices cū ramusculis suis qui in vniversis sūt xliij. Et sic computatis septem radicibus erunt in vniverso quinquaginta. De quo quinquagenario dixit Elias propheta. Si seruus dei sum de scendat ignis de celo ⁊ deuoret te et quinquaginta tuos. Ita debet dicere confessor confitenti. Si pro quia homo sum. id est quia loco dei sum. descendat ignis de celo. id est ignis spiritus sancti descendat in animam tuam ⁊ deuoret in te veterem homi-

nem ⁊ quiuaginta tuos: id est istas
radices.

¶ Nunc ergo videndum est quomo-
do sacerdos debet interrogare de istis
si enim peccator vel per se vel per in-
terrogationem sacerdotis confitea-
tur de superbia dicēdo: peccaui pec-
cato superbie: sacerdos debet inter-
rogare de modo dicendo per quem
modum fuisti superbus. fuisti vnq̄
inobediens mandatis maiorum tuo-
rum: si cut ecclesie vel prelati vel pa-
renti vel domini vel magistri. ⁊ hoc
scdm conditionem persone que sem-
per debet inspicere: ⁊ si dicat q̄ sic in-
terroget quibus mādati ⁊ quomo-
do ⁊ quotiens et quare ⁊ quando ⁊ ubi ⁊ que
circūstantie vt dictum est
supra sunt in omnibus peccatis con-
siderande.

¶ Deinde interroget iactasti te ali-
quando de bonis collatis tibi a deo
sue sint bona nature: sicut sunt pul-
chritudo: fortitudo: aptitudo: nobili-
tas ⁊ similia. siue sint bona fortune
sicut diuitie ⁊ denarij: agri: possessio-
nes ⁊ alia bona temporalia. siue sint
bona gratie sicut sunt sapientia: sciē-
tia: eloquentia: virtutes ⁊ similia de-
bet dicere: fuisti vnq̄ elatus in men-
te tua vel gloriasti vnq̄ te de pulchri-
tudine: fortitudine: aptitudine: nobi-
litate: diuitijs ⁊ sapientia ⁊ scientia
⁊ eloquentia ⁊ virtutibus ⁊ ceteris
alijs bonis collatis tibi a deo: ita q̄
non humiliasti te coram deo pro hu-
iusmodi bonis tibi collatis sicut est
quantum debuisti vel credidisti ista
habere ex meritis tuis ⁊ non ex gra-
tia diuina. vel propter ista credidisti
plus valere q̄ alij ita q̄ contemnes
dicta vel facta alioꝝ ⁊ dedignares eē
equalis eis. si dicat q̄ sic interroget
quotiens ⁊ quemodo.

¶ Deinde interroget ad huc vt com-

mēdaretis vel honoraretis pre alijs
fuisti vnq̄ ypocrita ita q̄ ostendere
ris exterius sanctitatem ⁊ bonitates
⁊ interius retinens malitiam ⁊ ini-
quitatem. ⁊ si dicat q̄ sic interroget
quotiens ⁊ quemodo ⁊ sic de alijs.
¶ Deinde interroget cum nunquid
quia non honorabaris vel promoue-
baris pre alijs mouisti vnq̄ conten-
tiones vel discordias in ciuitate vel
in villa vel in societate vel in collegio
⁊ si dicat q̄ sic interroget cum si ma-
la fuerunt inde secuta ⁊ que: q̄ om-
nium illorum est ipse reus.

¶ Deinde interroget nūquid ppter
superbiam tuam ne videreris supe-
rari ab illis fuisti p̄tinax in sustinen-
do contra veritatem ⁊ iusticiam sen-
tentiam tuam et consilium tuum vel
verbum tuum: ⁊ si dicat q̄ sic inter-
roget cum si aliquod damnum est in
de secutum: ⁊ si sic ipse tenetur.

¶ Deinde interroget cum presump-
sisti vnq̄ facere q̄ exerceres vires sta-
tum ⁊ conditionem tuam ⁊ tuorum.
Et si dicat q̄ sic interroget cum fuit
ne aliquis lesus vel damnificatus ex
hoc: quia si sic ipse tenetur. ⁊ ita po-
terit ista pessima radix superbie eucl-
li de corde peccatoris.

¶ Eodem modo dicendum est de ra-
dice auaritie: quia si peccator per se
vel ad interrogacionem confiteatur
de peccato auaritie. Interroget euz
de modo dicendo: fecisti vnq̄ frau-
dem vel falsiam vel dixisti vnq̄ men-
datum: vel peiorasti in emendo vel
vendendo vel cōmutando vel aliquē
alium contractum sciendo: ⁊ si di-
cat q̄ sic interroget cum quam frau-
dem vel falsiam: sed ipse nō specificet
sibi eam.

¶ Istud enim habendum est pro re-
gula generali q̄ in istis interroga-

non debet descendere confessor ad specialia peccata. vel ad speciales circumstantias peccatorum. quia forte multi post tales interrogationes delinquent quia ostenderentur eis modi et maneries peccatorum. que ipsi alias nescirent cogitare. et ideo semper interroget in generali dicendo si cur dictum est fecisti unquam fraudes vel falsiam etc. Et si dicat quod sic interroget quam et quare et quibus modis et contra quos et quotiens et in quibus casibus.

¶ Deinde interroget eum dimisisti unquam propter avaritiam tuam implere seipsum opera misericordie et spectet sibi ea dicendo. Vidisti unquam aliquem esurientem cui non dedisti manducare. et sic de alijs operibus misericordie: de quibus dicit infra in tertia particula. Et si dicat quod sic interroget eum de circumstantijs ut dictum est statim.

¶ Circa etiam peccatum avaritie interroget eum de ludo furto rapina usura de quibus dicit aliquod infra.

¶ Sequitur de fetidissima radice luxurie circa quam notandum quod luxurie septem sunt species.

¶ Prima est fornicatio.

¶ Secunda adulterium.

¶ Tertia stuprum.

¶ Quarta incestus.

¶ Quinta raptus.

¶ Sexta sacrilegium.

¶ Septima peccatum contra naturam.

¶ Fornicatio est concubitus soluti cum soluta. Adulterium est alicuius thori violatio. Stuprum est illicita detestatio virginum. Incestus est affinitum vel consanguinearum abusus. Raptus est cum puella violenter de domo patris extrahitur et corrupta

in uxorem vel concubinam habeatur. Sacrilegium ut hic sumitur est religioforum vel religiosorum vel pincorum ad sacros ordines. Peccatum contra naturam fit multis modis.

¶ Uno modo quando non servatur species. sicut quando fit cum iumento: et istud vocatur bestialitas: et de hoc dicit in lege Moyse. Qui coierit cum iumento morte moriatur.

¶ Alio modo quando servatur species sed non sexus. sicut masculus cum masculo. femina cum femina. Et istud vocatur proprie peccatum sodomiticum. quia sodomite isto vitio laborabant.

¶ Alio modo fit quando non servatur vas debitu vel modus debitus licet servetur sexus: sicut quando vir abuteretur vasculo mulieris vel quando non cognoscitur eorum modo naturali.

¶ Alio modo fit quando idem est agens et patiens. sicut quando vir corrumpit seipsum vel mulier seipsam. Et istud vocatur peccatum mollicie. Unde dicit apostolus. Neque molles in masculorum concubitores regnum dei possidebunt.

¶ Circa istud ergo maledictum peccatum luxurie cautissime debet procedere sacerdos in interrogando. ita quod non descendat nimis ad particularia quoniam frequenter compertus est tam viros quam mulieres per nimis expressam nominationem et interrogationem criminum in peccata que non noverant incurrisse. Unde si peccator per se vel ad interrogationem sacerdotis dicat se peccasse peccato luxurie sacerdos interrogat eum utrum sit solutus et utrum peccaverit peccato fornicationis vel adulterij vel stupri vel incestus vel raptus vel sacrilegij vel peccati contra naturam. Et interroget eum si illa cum qua pecca

*De eadem
habetur
fuerit*

uit erat soluta vidua coniugata vel virgo affinis vel cōsanguinea vel religioſa. ⁊ vtrum habuit per violentiam necne ⁊ iſtud ſufficit ſi confiteſ eſt perſona intelligens: ſed ſi eſt perſona ſimplex interroget vtrum cognouerit modo naturali: nō tamē deſcendendo ad particularia: id eſt non interroget ſi cognouerit eum ante vltimo ⁊ ſic de alijs. ⁊ interroget etiaſ de numero perſonarum ⁊ ſi cognouit vnam vel plures: nullo tamē modo interroget de nominibus perſonarum: interroget etiaſ de numero actuum ⁊ ſi ſemel vel bis vel pluries. De tempore: id eſt ſi tempore ſacro vel non ſacro. ⁊ etiaſ de loco ⁊ etiaſ quali tentatione peccauerit ⁊ vtrum preuenerit tentationem vel vtrū fuerit preuentus ab ea. ⁊ vtrum peccauerit ſponte an coactus ⁊ qua conditione an conditionali an abſoluta et vtrum peccauerit ex libidine vel ex paupertate: ⁊ iſtud habet locum poſitiſſime in mulieribus: ⁊ ita de alijs que magiſtra rerum experientia docebit eum. Sed quia iſta peſſima ratio luxurie ita extendit ramos ſuos quod etiaſ cooperit lectos lege matrimonij coniunctos.

¶ Sciendum eſt quod peccato luxurie pōt peccare hō multis modis etiaſ mortaliter cum vxore ſua: qui modi continentur in his verſibus. Quinque modis peccat cum vxore maritus. Abutens tempore loco mente conditione modo. Tempore etiaſ ſi cognouit eam tempore menſtruoꝝ: quia ſi ſcienſ hoc faciat peccat mortaliter. ⁊ in lege veteri mandabatur interfici. Sed quid de muliere menſtrua: nonne peccat ſicut vir? Dico quod ſi vir menſtruoꝝ petat debitum ſibi reddi ab vxore: ipſa debet quan-

tum poteſt perſuadere ne petat: dicēdo infirmam ſe eſſe paratam. prout ad opus illud nō tamen ſe debet vitare in paſſione illa niſi conſtaret ſibi de prudentia ⁊ diſcretiōe viri: quia vir poſſet tantam abominacionem concipere contra eam quod dimitteret eam. Sed ſi conſtaret ſibi de diſcretione ⁊ prudentia viri poſſet ſibi reuelare: ⁊ ſi ipſe noller deſiſtere reddat ſibi debitum cum dolore ⁊ amaritudine animi. Tempore ſi cognouit vxorem tempore ieiuniorum vel dierum ſanctorum dierum cōmunionis: vel tempore puerperij non tamen credo quod ſit in iſto caſu peccatum mortale: dum tamen non tranſgrediantur limites matrimonij ſicut dicitur ſtatim: licet ſint monendi quod tempore tali abſtineāt ab actu carnali. Adhuc id eſt intentione. Circa quod notandum quod quadruplici mente id eſt intentione poteſt vir accedere ad vxorem.

¶ Uno modo quod generet ex ea proleſ que ſit ad ſeruitiū ⁊ cultū dei.

¶ Alio modo vt reddat debitum quod ab eo erigit. Et ſi cum tali mente accedat ad eam nō peccat nec mortaliter nec venialiter: imo ineret diuino: do ibi nihil aliud contineat.

¶ Alio modo quod cōtrahatur carnalis concupiſcentia. ⁊ ſi talis concupiſcentia manet infra limites matrimonij ſcilicet quod nullo modo accederet ad eam niſi eſſet vxor ſua: ⁊ eſt ſolum peccatum veniale. Si autem eſſet concupiſcentia carnis tranſgrediatur limites matrimonij: ita ſcilicet quod accedat ad eam non ſolum ſicut ad vxorem: ſed ſicut ad mulierem: ita quod ſi haberet aliam ita in promptu ſicut iſtam ita accederet ad eam tam eſt peccatum mortale.

¶ Loco: id eſt ſi cognouit eam in ecc-

clesia v^l cimiterio v^l i alio loco sacro
 & in isto casu credo q^d vterq^{ue} peccat
 mortaliter.

¶ **C**onditione id est si agnouit eā cū
 conditione inhonesta & illicita sicut
 visum fuit supra qñ agebatur de ma
 trimonio.

¶ **N**odo id est si cognouit eam p^{er}tra
 modum institutum a natura & istud
 est gravissimum peccatum in v^ore
 Aug⁹. Vltus qui est contra naturā
 erecabilis sit in meretrice: sed ere
 cabilior in v^ore. xxij. q. v. adulterij
 Scdm ergo ista sacerdos poterit for
 mare interrogationes suas de pecca
 to luxurie circa virum & v^orem: sal
 uo tamen q^d nō descendat nimis ad
 particularia.

¶ **C**irca peccatum ire si peccator per
 se vel ad interrogationem sacerdotis
 confiteatur de eo poterit interroga
 re sacerdos. ¶ Propter iram blasphe
 mie vnq^{ue} de deo vel de sanctis ei⁹.

¶ **E**t si dicat q^d sic interroget quomo
 do quoties quare & sic de alijs circū
 stantijs. Deinde interroget: dixisti
 vnq^{ue} propter iram verba contumeli
 osa proximo. Et si dicat q^d sic inter
 roget que verba & quare quotiens &

vbi & coram quibus. Interroget eti
 am si fuit iniuriatus alicui propter
 iram percutiendo vel verberando eā

¶ **E**t si dicat sic interroget quis erat an
 clericus v^l laicus religiosus vel secu
 laris & sic de alijs circūstantijs perso
 ne. Interroget etiā quotiens itera
 uit iniurias & vbi & q^uo. & sic de alijs
 circumstantijs.

¶ **C**irca peccatum gula. Si peccator
 per se vel per interrogationem sacer
 dotis confiteatur de peccato gula in
 terroget sacerdos. si propter gulam
 vnq^{ue} fregit ieiunia ecclesie vel si co
 medit carnes in eis: quare & quoties
 & si inebriauit se & si habet in p^{er}uocato

dine q^d inebriet se: & si propter ebrie
 tatem dixit verba scurrilia & inhone
 sta vel iniuriosa & quoties dixit et q^u
 bus & sic de alijs.

¶ **E**t nota q^d scdm q^d dicit Gregori⁹
 quinq^{ue} modis peccat homo per gu
 lam. & isti modi continentur in his
 versibus. Tertium quinq^{ue} modis gu
 la damnat edentem. Dum comedit
 nimium dum edendi preuenit horā
 Querit delicias parat escas delitio
 se. Aut sumit auide quod nō erat de
 litiosum.

¶ **E**t nota q^d comedere multum vel
 ratione complexionis vel etatis vel
 laboris nō est peccatum. dum tamē
 nō studio vel ardore vel auiditate su
 mat. Itē preciositas moderata ma
 xime in diuitibus qui talibus vti so
 lent nō est peccatū: dñi tamen modo
 nō sumat nimis auide nec status su
 us obstat. Et quia facta est mētio de
 ebrietate nota q^d ebrietas trib^{us} mo
 dis dicit^{ur}.

¶ **P**rimo modo dicitur pena & obli
 uio mentis & ista nō est peccatū. xv.
 q. j. sane.

¶ **S**ecundo modo dicitur ebrietas
 frequens actio bibendi. Hec vt ait
 Augustinus est peccatum veniale nī
 si sit assidua: quia tunc est peccatum
 mortale: maxime si nouit vires vini
 & nō vult apponere aquā. xxv. dis. c.
 criminis.

¶ **T**ertio modo dicit quedā disposi
 tio mentis & studiū ad inebriandū. &
 ista est peccatū mortale. xxv. di. ante
 omnia.

¶ **C**irca peccatum inuidie. Si pecca
 tor confiteatur de peccato inuidie
 vel per se vel per interrogationem sa
 cerdotis. Interroget sacerdos si pla
 cuit ei malum & damnum proximi &
 si displicuit sibi bonum vel cōmodū
 Item si vnq^{ue} ex inuidia detraxit sibi

imponendo ei falsum crimen vel bonum quod erat in eo diminuendo vel occultando vel malum quod erat in eo augmentando vel illis qui non noverant manifestando. Item quotiens facit talia et quare et sic de alijs circumstantijs. Item si portat odium vel rancorem vel malam voluntatem proximo et quare et sic de alijs.

Circa accidiam interroget sacerdos si potuit multa bona facere que non fecit: dicere que non dixit: cogitare que non cogitavit: et multa alia vitare que non vitavit. Item si ex negligentia omisit ire ad missas ad sermonem et ad alia bona opera et sic de alijs. Secum ergo istam doctrinam sacerdos poterit formare interrogationes suas: quia in istis vinctio quam accepit a deo et experientia docebit eum magis quam aliqua lectio. Verum quia iuxta varietatem personarum variande sunt interrogationes: ideo iuxta varietatem confitentium debet sacerdos variare interrogationes. Unde si confitens sit religiosus interroget de tribus votis regule scilicet obedientia: paupertate et castitate. Interroget eum de observantijs regularibus: et potissime de duodecim abusionibus claustrii: quibus frequenter religionis status corrumpitur. Et sunt iste: prelati negligens: discipulus inobediens: inueniens ociosus: senex obstinatus: monachus curialis: monachus seu canonicus regularis confidens: habitus preciosus: ci bus exquisitus: rumor in claustris: lis in capitulo: dissolutio in choro: irreuerentia circa altare. Et sic secundum ista et secundum alias observantias regulares confessor debet et potest formare interrogationes.

Circa etiam clericos seculares faciende sunt interrogationes de sumo

nia: de negotiatione et alijs que pertinent ad avaritiam: et si habet administrationem officium vel beneficium interrogetur de dilapidatione bonorum vel si expedit in malos usus bona ecclesiastica. Item utrum interfuit diuinis officijs et horis canonicis: utrum portet coronam vel habitum congruentem: utrum dicat perfecte et complete diuinum officium. Item interrogandi sunt de luxuria: de venatione: de irregularitate: de ludis aleorum: et si est in sacris de aduocatione et similibus de quibus sepius solent peccare. Circa milites interrogandum est de iniusticia. Circa mercatores et alios officiales artes mechanicas exercentes de fraude: de dolo: de mendacio: de periurio: de furto et similibus. Circa burgenes et ciues communitate de usuris et de pignoriibus. Circa rusticos et agricolas de inuidia: de furto maxime circa decimas et primitias tributa et census.

Et est sciendum quod licet forma generalis supra posita sit obseruanda in omnibus: tamen secundum formas diuersarum personarum et officiorum studiosius et specialius et circa specialia crimina insistendum: et factis interrogationibus si confitens est persona simplex interroget eum sacerdos si sciat Pater noster et Ave maria et Credo in deum: et si sciat se signare: et si nescit instruat eum vel moneat eum quod addiscat. Deinde interroget eum si tentatur aliqua tentatione et qua et quomodo se habeat in resistendo et doceat eum modum resistendi scilicet si tentatur de superbia cogitet de humilitate filij dei qui humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. cogitet etiam de casu diaboli

quis propter superbiam suam de paradiso cecidit in infernum et de angelo diabolus factus est. Si tentetur de auaritia cogitet de breuitate vite et instabilitate et varietate mundi et quod nihil secum asportabit de omnibus vitis suis. Si tēretur de luxuria cogitet de morte et quod citius erit caro post mortem: cogitet etiam de penis inferni et gaudijs paradisi et multa alia debet eis ostendere et docere. Hoc facto intelligat et repetat in generali confessione suam dicens. Amice tu fuisti confessus peccata ista et ostendat ei grauitatem peccatorum increpando eum dure inducendo ad lachrymas et compunctionem et contritionem. et adhuc multum valet si sacerdos ostendat vultum dolorosum et lachrymabilem peccatori: sicut legitur de beato Ambrosio quod quando aliquis confitebatur sibi lapsum suum ita amare flebat quod confitentem quantumcumque obstinatum ad fletum et lachrymas prouocabat: sic debet facere sacerdos ut sic peccator verecundia ductus ad lachrymas inuitetur. ut lachryme admonentis lachrymas excitent penitentis. Et ideo sumopere caueat sacerdos quod non aduletur alicui in confessione immo: quantumcumque sit magna vel verecunda persona increpet et corriget eum dure: caueat tamen ne nimis exasperet vel quod non sit nimis durus verbo. Sed si peccator vult bene penitere promittat sibi veniam de peccatis ita quod peccator semper recedat consolatus ab eo. Et istis recte preceptis faciat sibi confessionem generalem mouens quod si recordetur de aliquo peccato mortali reuertat ad confessionem. et sic imposita penitentia absoluat eum in nomine domini ita tamen quod si sit excommunicatus maior excommunicatione nullo modo

absoluat eum donec sit ab excommunicatione absolutus. Sed quia seculum commune doctrinam quilibet habens curam animarum potest absolueret a minori excommunicatione: ideo antequam procedat ad absolutionem de peccatis absoluat eum ab illa excommunicatione dicens. Auctoritate dei tibi remissa absoluo te a vinculo excommunicationis quod si incurristi per aliquam participacionem excommunicatorum: et postea absoluat eum a peccatis oblitis et confessis.

Sed ponatur aliquis sacerdos habet aliquos parrochianos surdos vel mutos vel cecos vel furiosos vel demonicos et forte scit istos esse peccato mortali. quid faciet de istis: si enim moneat surdum ad penitentiam non prodest: quia non audit: si mutum non potest confiteri: et si aliquis talium est cecus non potest videre signum: nec mutus etiam potest legere si sibi scribatur: furiosus non est capax rationis nec etiam demonicus. Dico quod sacerdos debet facere posse suum ut inducat eos ad penitentiam et contritionem: sed quod est possibile seque verbis vel scriptis nutibus vel signis et oibus alijs modis quibus poterit: et si non potest oret ad dominum et faciet orare populum ut deus illustret cor eorum ad penitentiam et curis nihil omiserit de contingentibus non imputabitur sibi. Quomodo autem se sacerdos debet habere ad infirmos qui amisit loquelam et non potest confiteri vide supra in parte prima tractatu de eucharistia. c. ix.

De potestate clauis et effectu confessionis Cap. x.

Quia supra cum de effectu contritionis ageretur dictum est quod pec

cata in contritione dimittuntur di-
bium existit quid dimittit sacerdos
virtute clauium in absolutione cum
non dimittat culpam: quia illa vt di-
ctum est dimittitur in contritione nec
etiam penam: quia adhuc postq̄ est
absolutus remanet obligatus ad pe-
nam.

¶ Circa istam materiã istud videtur
mibi dicendum. Iste enim qui accedit
ad confessionem aut est perfecte contritus
aut nõ. Si est perfecte contritus tunc
deus virtute contritionis remittit si-
bi peccata: ita q̄ anteq̄ accedat ad
confessionem mūdatus est a culpa. Si
autem nõ est perfecte contritus tunc vir-
tute confessionis ista imperfecta contritio
reducit ad perfectam: ita q̄ de attrito
virtute contritionis fit contritus et vir-
tute confessionis remittit sibi peccatũ
quantũ ad culpam.

¶ Notandũ tamen q̄ qñ dicitur pecca-
ta in contritione dimitti intelligendũ
est deum dimittere peccatũ nõ contri-
tionem vel confessionem. Unde Ambro-
sius et ponit de pe. di. i. verbum dei
peccata dimittit. et Augustinus et ponit
de se. di. iij. Nemo tollit pecca-
ta nisi solus x̄pus qui est agnus tollens
peccata mundi. tollat autem et dimit-
tendo que facta sunt et adiudando ne
fiant et pducendo ad vitam vbi fieri
nõ possunt. Et autem dicit solus x̄pus
nõ excludit patrem et spiritũ sanctus
quia indiuisa sunt opera trinitatis.
Et istud verum est quantũ ad opera
que sunt ad extra. Quid faciunt ergo
ibi clauis vel absolutio sacerdotis.
Dicendum q̄ dicunt aliqui q̄ deus
mũ dat animas a macula culpe. et sa-
cerdos absoluit eum a vinculo pene
eterne. fatetor q̄ nõ intelligo istos nõ
enim video q̄ aliquis postq̄ mūdatus
est a macula culpe mortalis sit ob-
ligatus pene eterne: cũ ista pena non

debeat nisi peccato mortali. Si ergo
deus mūdatus animã in contritione
a culpa mortali absoluit eũ et per con-
sequens a vinculo pene eterne. Et id
dicunt aliqui q̄ quis peccatum in
contritione dimittatur et quantũ ad
culpam et quantum ad reatum pene
eterne: tamen peccator adhuc remanet
obligatus ad duo seorsum confitendum
peccatum et aliquas satisfactionem
nem pro peccato faciendã. et ideo sa-
cerdos virtute clauium absoluit eum
a vinculo quo tenebatur ad confessionem
et ligat eum ad satisfactionem et
sic dicit sacerdos soluere et ligare vir-
tute clauium quis vis peccator sit
obligatus ad illa duo: nõ video
tamen q̄ scõm viam istorũ forme ab-
solutionis sacramentalis possunt be-
ne verificari. nõ enim dicit sacerdos
Absoluo te a confessione: sed dicit: Ab-
soluo te a peccatis tuis. Ergo scõm
istam viam oportet q̄ aliquo modo
absoluat eum a peccatis. et ideo dicitur
aliqui q̄ peccator pro peccatum nõ so-
lum est obligatus deo quez offendit
imo etiã ecclesie cui peccando se sub-
trahit. Et ideo quis in contritione
reconciliatur deo: adhuc tamẽ remanet
reconciliandus ecclesie et reconci-
liatur ecclesie in confessione: confiten-
do seorsum illi qui est rector ecclesie. Et li-
cet istud sit verum nõ rñ videtur suffi-
cere: cum clauis non solum se exten-
dant ad soluendũ vel ligandũ in ter-
ris: imo etiam in celis dicente x̄po:
Quodcũq̄ ligaueris super terrã etc.
Et ideo dicit aliqui q̄ sacerdos vir-
tute clauium nõ facit aliquid nisi so-
lum ostensiuẽ: vnde dicunt q̄ absol-
uit. i. absolutum ostendit. Unde qñ
dicit absoluo te est sensus: absolutus
ostendo te. Et isti vident fundare vi-
ctum suũ in auctoritate Ambrosij vi-
centis: Sacerdos quidẽ officij x̄pũ

exhibet sed nulli? potestatis iura ex
 erceret. sed dictum istorum parum
 videtur attribueri clauibus. et verbū
 Ambrosij intelligendum est q? sacer
 dos nulli? potestatis iura exerceat au
 toritatiue sed tantum ministraliter
 Et ideo dicunt aliqui q? sacerdos vir
 tute clauium absoluit a culpa si inue
 nit eam: dummodo confitens nō po
 nat obiectionem. et absoluit a pena purga
 torij cui peccator erat obligatus: nō
 eam relaxando sed commutando. et
 hoc sub conditione scz si explet peni
 tentiam iniunctam. ita q? si peniten
 tia iniuncta est condigna absoluit a
 tota pena purgatorij. et si nō est con
 digna nō absoluit a tota sed a tanta:
 et ideo si mortis expleta penitētia cō
 digna nō puniet in purgatorio. Si
 autem penitentiā nō fuerit p̄dignas
 vel si fuit. et nō compleuit eam in vita
 ista complebit eam in purgatorio. et
 ista opinio videtur mihi rationabi
 lis. Alij dicunt q? cum omne pecca
 tum mortale sit offensiuum diuine
 bonitatis que est infinita debita pe
 na peccato mortali est infinita. et per
 consequens actibus vel viribus no
 stris improporcionabilis. virtute au
 tem clauis sit proporcionabilis. no
 bis in quantum virtute clauis com
 municatur confitenti passio xpi que
 dat efficaciam omnibus sacramētis
 et que fuit sufficiens ad satisfaciē
 dum pro peccatis toti mundi. Un
 de scdm hanc vltimā virtus clauium
 est q? virtute earum communicat cō
 fitenti passio xpi in cuius virtute po
 test satisficere pro peccatis quod nō
 faciebat ante. Unde credo q? vniū pa
 ter noster impositū in p̄nia a sacer
 dote est efficacis qd satisfaciendū p̄
 peccatis qz si alius diceret centū mi
 lia p̄ seipm. q? illud habet efficaciaz
 a passione xpi illa a merito dicentis

et ista opinio est multū rōnabilis.

De sigillo confessionis Cap. xj.

Confessionis sigillum debet esse
 ita secretum q? nullo modo nul
 lo pacto pro nulla re debet frangi. Et
 nō sacerdos deberet ante sustinere
 quamcunqz penam etiam mortem:
 qz reuelaret confessiones. nec verbo
 nec scripto: nec intus. nec signo. et de
 hoc dicit Greg. et habet de pe. vi. vj
 sacerdos vbi dicitur sic. Ante oia ca
 ueat ne de his que ei confitetur pec
 cata sua al cui recitet quod ei confes
 sus est non propinquis nec extrane
 is neqz quod absit pro aliquo scā
 dalo. nam si hoc fecerit deponatur et
 omnibus diebus vite sue ignomini
 osus peregrinando pergat. Item de
 pe. et re. c. omnis vtriusqz serus. Ca
 ueat omnino sacerdos ne verbo aut
 signo aut alio quouis modo pro
 dat aliquatenus peccatus. sed si pru
 dentiori consilio indigerit illis cau
 te absqz vlla expressione requirat qu
 qui penitentiā iudicio sibi detectū
 presumpserit reuelari nō solū a sacer
 dotali officio decernimus. suspensus
 verum ad agendum penitentiam in
 orto monasterio detrudendum. ita
 q? in decretali ista instruitur confes
 sor de hoc. quid agere debeat. et a quo
 caueat.

Si enim sacerdoti in confessione
 occurrat casus super quo non possit
 bene consulere. debet super hoc con
 sulere peritorem se vt quid agere de
 beat videat. Sed sub qua forma re
 uelabit isti peccatum quod alter cō
 fessus ē sibi. Credo q? sub ista si talis
 casus accideret qd esset faciendū. v
 si alius p̄fiteret de isto petō. qd esset
 sibi p̄sulendū. nō aut vt credo debet
 dicere: ego audiuī. istud in cōfessio

ne: quia dicēdo sic mentiretur: quia ipse non audiuit vt ipse: imo vt viciarius ⁊ tenens locum dei: ⁊ multo minus debet dicere quid ⁊ confessus est mihi istud: quia dicēdo sic in generali ⁊ implicite reuelat confessiones: ⁊ etiam quia confessio fuit facta deo ⁊ non sibi nisi vt locum tenenti dei.

Sed pone sacerdos super crimen quod audiuit in confessione inducitur in testem: compellitur iurare qd faciet: si dicat reuelat confessionem: si negat periurat. Dico qd si solum sciat per confessionem ipse debet iurare se nihil scire de materia illa super qua interrogatur: nec periurat: quia ipse nihil scit: quāuis enim sciat illud crimen sibi fuisse confessum: ne scit tamen vtrum confitens in confitendo dixerit verū vel falsum: ⁊ ideo vere potest iurare se nihil scire. Sed quid si iuder: erit cauillosus ⁊ interrogabit eum per iuramentum: vtrum audierit aliquid de crimine illo de quo agitur? Dicendum est qd iurare nō ligat eum ad dicēdū aliquid de materia ista: cum enim iuramentum non fuerit inuentum vt esset vinculum iniquitatis: vt extra de iureiur. si. c. v. In nullo quod sit contra mādatum dei est obligatus: scilicet contra illud non falsum testimonium dices: nullum iuramentum obligat ad hoc: Unde talis licet iurare potest se nihil audiuisset ⁊ intelligat qd nihil audiuit vt homo vel per modum quo debeat testificari.

Aliis pone sacerdos per confessionem scit aliquem hereticū in parochia sua vel alibi qui alios inducit ad heresim quid faciet iste sacerdos? Raymundus in summa sua videtur dicere in isto casu confessionem posse reuelari. Et ratio sua est:

quia talis non seruat fidem: cum sit hereticus ⁊ infidelis: ⁊ ideo tali fides nō est adhibēda. xxij. q. i. noli. Salua tamen reuerentia Raymundi magis videtur mihi consona equitati opinio alia quam etiam idem Raymundus recitat scilicet qd sacerdos non debet reuelare confessionē istā: sed debet adire episcopum vel inquisitorem ⁊ dicitur custodi ⁊ vigila super oves tuas: quia lupus est in grege. Et quod dicit Raymundus cum iste sit infidelis fides non est ei seruanda. Dico qd nō reuelando ita confessionem non seruat: ita fides hominis: sed deo qui fidelis est in omnibus vris suis. Sed nūquid confitens potest licentiare confessores qd dicat sibi illa que dixit sibi in confessione? Dico qd confitens bene potest facere qd illa que confessor scit vt deus sciat vt homo: dicendo scilicet extra confessionem: illa que dixit sibi in confessione: ⁊ sic confessor poterit illa dicere ex quo audiuit ea extra confessionem.

Sed nunquid sufficit qd confitens dicat confessori: ego do vobis licentiam qd dicatis ea que dixi vobis in confessione. Vel oportet qd replicet sibi omnia extra confessionem? Alii doctores dicunt qd sufficit qd licentiet confessorem. Dominus tamē Durandus dicit in quarto suo qd nō sufficit: immo tenetur omnia replicare sibi extra confessionem. Et ratio sua que occurrit quantū ad nunc est ista: Quia in istis que sunt de necessitate sacramenti nullus potest dispensare: nec etiam papa de quo magis videtur. sed tenere secretum est de necessitate confessionis sacramentalis: vt diffuse probat: ideo nullus potest hoc dispensare. Unde nullus potest contra licentiare qd ea que sciuntur in con-

essione reuelent. Ideo ad hoc reuelent oportet qd sciatur aliter q̄s per confessionem. Et his patet si aligs sciat aliquid per cōfessionem etiam aliter q̄s per confessionem potest illud reuelare ⁊ super illo testificari eo modo quo scit extra confessiones.

¶ Notandum etiam qd sigillum confessionis directe ⁊ p̄cipaliter respicit peccata. vt patet ex decretali. omnis vtriusq; seruis. vbi dicitur. Laueat omnino sacerdos ne verbo aut signo aut alio quouis mō pdat peccatum. ex consequenti tamen ⁊ ex q̄daz agruitate respicit illa. Et hec de confessione sufficient.

¶ Tractatus tertius sc̄de parte de satisfactione.

¶ Expeditis per dei gratiā duab; partibus penitentie contritiōe scilicet ⁊ confessione de tertia sc̄z de satisfactione agendū est. Circa quas consideranda sunt sex.

¶ Primo quid est satisfactio ⁊ in quibus consistit.

¶ Sec̄do de elemosina que est prima pars satisfactionis.

¶ Tertio de ieiunio que est secunda pars.

¶ Quarto de oratione que est tertia pars.

¶ Quinto de mensura satisfactiōis sc̄a est que penitencia est imponenda pro vno quoz peccato.

¶ Sexto vtrum vnus possit satisfacere pro alio.

¶ Quid est satisfactio ⁊ in quibus consistit Cap. i.

Satisfactio sc̄dm Greg. est peccatorum causas excidre ⁊ ear; sug-

gestionibus aditum non indulgere: Ita qd in diffinitione tanguntur duo. que debent esse in omni vera satisfactioe. sicut enim bona ⁊ completa medicina debet esse curatiua infirmitatis preterite ⁊ preseruatiua respectu future. Ita satisfactio debz esse in remedium peccati preteriti ⁊ in cautelam futuri. Primum tangitur cum dicitur peccatorum causas excidre. Sc̄dm cum dicitur earum suggestionibus ⁊c. Quia etiam medicinali si sit conueniens debet esse appropriata infirmitati ⁊ ordinare directe contra infirmitatem teste beato hieronimo qui dicit. Ad medicina cuiuslibz morbo est adhibēda: nō enim sanat oculum quod sanat calcaneum. Et sc̄dm qd dicit beatus Johannes i prima canonica sua. Omne quod est in mundo aut est concupiscētia carnis aut concupiscētia oculorum aut superbia vite. Et vult dicere qd tres sunt radices omnium peccatorum scilicet auaritia que datur intelligi per hoc qd dicit concupiscētia oculorum. luxuria per hoc quod dicit concupiscētia carnis. superbia per hoc qd dicit superbia vite. Idcirco h̄ istas tres radices peccatorum ordinant tres partes satisfactiōis scilicet elemosina: que ordinatur contra auaritiam. Ieiunium quod ordinatur contra luxuriam. Oratio que ordinatur contra superbiam. ⁊ sic sunt tres partes satisfactiōis scilicet elemosina ieiunium ⁊ oratio. ⁊ de istis tribus per ordinem est agendum. ⁊ primo de elemosina.

¶ De elemosina Cap. ij.

Incet varia ⁊ diuersa de virtute elemosine a sanctis ⁊ doctorib; sunt scripta tamen ille sanctus Thobias oia breui stilo seu sermōe ppre-

hendit dicens: Elemosyna animam a morte ⁊ peccato liberat ⁊ nō patitur eam ire in tenebras. Elemosyna autem est triplex. Prima consistit in cordis contritione quando scz aliquis se offert sacrificium deo. de quo dicitur in ps. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum ⁊ humiliatum deus nō despicies. Et de ista elemosyna dicit Sapiens: Misere anime tue placens deo. Et elemosyna sic dicta non est pars satisfactionis imo est pars integralis penitentiae cōmissa satisfactioni prout dicitur q penitentiae sunt tres partes: scilicet contritio: cōfessio ⁊ satisfactio. Alia est elemosyna que consistit in compassione proximi in quantum comparimur alienis miseris sicut nostris. Et de ista dicit Job: Ab initio cōvaluit mecum miseria ⁊ ab utero matris egressa est mecum. Tertia consistit in largitione manuali: quādo scilicet aliquis exhibet alicui aliquid temporale subsidium propter deum. ⁊ de ista intendimus hic. Et de hac dicit saluator in Luca: Date elemosynā ⁊ ecce omnia mūda sunt vobis. Et Ambrosius: Nasce fame morientem ⁊ nisi pauperis occidisti. Et sub ista elemosyna continentur septem opera misericordie. de quibus dicitur in tertia particula. sed quantum ad nunc circa elemosynam consideranda sunt quatuor.

¶ Primo de quo debet fieri elemosyna.

¶ Secundo a quo debet fieri elemosyna.

¶ Tertio cui debet fieri.

¶ Quarto quomodo debet fieri.

¶ De quo debet fieri elemosyna.

Divisa illa distinctione de necessario ⁊ de superfluo que ab ali

quibus doctoribus fit: dicendum q in hoc concordant doctores omnes q de alieno nec de illicito acquisito non potest fieri elemosyna. Unde Thobias ostendit filio suo de quo esset elemosina faciēda dicit: Honoraria minimum de tua substantia. de tua dicit nō de aliena. Et Gregorius: Nō est puranda elemosina si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur.

¶ Notandum ergo circa hoc q illicitum acquisitum potest esse tribus modis. Sunt enim quedā illicite acquiruntur in accipientem: vt in rapina ⁊ furto. Sunt alia in quibus transfertur dominium ⁊ non competit repetitio: vt in pecunia vel in rebus acquisitis ex hūstratu vel meretricio. In primis duobus casibus scilicet quādo nō transfertur dominium vel si transfertur competit repetitio nō potest fieri elemosina: s; precise debet restitui iuxta modum qui ponitur infra. Unde de acquisitis furto rapina usura simonia nō potest fieri elemosina. In tertio autem casu scz cum transfertur dominium ⁊ non competit repetitio scz in acquisitis ex hūstratu vel meretricio. de istis pōt fieri elemosina. Et hanc distinctionem approbat Ambrosius. xliij. q. v. non sane in fine.

¶ Sed nūquid ex his que acquiruntur ludo aleae vel tabillarum vel quocumq; alio ludo potest fieri elemosina. Dicendum q intelligo hoc quando loquor de ludo nō de ludo qui fit causa solatiij vel recreatiōis: quia talis ludus non est licitus solum q fit honestus ⁊ debitis circūstantijs inuestitus. sed loquor de ludo qui fit causa cupiditatis qui est omnino et simpliciter illicitus cum in eo cōcū

rant multa peccata.

¶ Primo est ibi desiderium lucrandi ecce cupiditas que est radix omnium malorum.

¶ Secundo est ibi voluntas spoliandi proximi. ecce rapina.

¶ Tertio est ibi usura maxima. scilicet per annum non solum in anno vel in mensibus sed eodem die.

¶ Quarto multiplicant ibi mendacia et verba iocosa et vana.

¶ Quinto est ibi blasphemia. ecce heresis.

¶ Sexto est ibi corruptio multiplex. primorum qui ludis aspicunt.

¶ Septimo est ibi scandalum bonorum.

¶ Octavo contemptus prohibitionis sancte matris ecclesie.

¶ Nono est ibi amissio temporis et aliorum bonorum que illo tempore tenetur homo facere. Ex quibus omnibus patet quantum peccant qui talibus ludis vacant. et de pena clericorum qui talibus ludis vacant legitur in canonibus apostolorum. xxv. di. c. ubi dicitur. Si episcopus aut presbyter aut diaconus alee aut ebrietati deserviens aut desinat aut certe damnetur subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communiione prenetur. Datet ergo quod illud quod in ludo acquiritur illicitate acquiritur.

¶ Sed iniquum potest repeti. Dicunt aliqui doctores quod non: sed ille qui lucratus est debet illud dare pauperibus ar. xliiij. q. v. non sane. cum enim turpitudine vertatur ex parte utriusque melior est conditio possidentis. Alii dicunt et fere quasi omnes doctores et canoniste quod potest repeti. et probatur de aleatoribus. l. vlti. in fine. Et dicit greca constitutio quod usque ad quinquaginta annos potest repeti et scilicet

illos de acquisitis in ludo non potest fieri elemosyna. Raymundus et concordat cum eo Thomas et quasi omnes theologi dicunt quod diffingendum est. quia aut aliquis lusit voluntarie et ex cupiditate non coactus per aliquem et tunc si amisit non potest repetere quod amisit: sed ille qui lucratus est tenetur illud dare pauperibus aut tenetur restituere in iudicio anime. aut lusit attractus per vim: vel per importunitatem alterius. et tunc si amisit potest repetere quod amisit: si lucratus est non tenetur restituere sed debet quod lucratus est pauperibus erogare. Istam sententiam probant per multa iura et est factis consona rationi et equitati.

¶ Nota tamen quod sunt aliquae persone quibus indistincte tenetur quis restituere in iudicio quicquid lucratus est ab eis in ludo: ut furiosi: prodigi: pupilli: minores. xxv. annis mente capti: furdi: ceci: muti: et qui morbo perpetuo laborant. quia tales rebus suis superesse non possunt ideo dantur eis tutores et curatores. Idem videtur de monachis et ceteris religiosiis et filiis familias qui non habent peculium castrense. Alio modo peculium castrense vel quasi castrense et vxor que non habet res parasenales et etiam administrator rerum ecclesiarum que pauperum sunt et similibus. nam cum tales pecunie ad ministratio multiplici ratione rerum et facti sit culpabilis et vitiosa restituenda est. Non dico ei qui amisit casum in ludo: sed tutori vel curatori vel domino vel marito vel patri vel monasterio vel ecclesie.

¶ Quis potest facere elemosyna.

¶ Elemosinam potest facere qui cumque sui iuris et habet domum
i iij

nium vel administrationes aliquorū
bonorū temporalium.

C Nunquid ergo monachus vel ali
qua alia persona religiosa potest fa
cere elemosynam. Dico q̄ talis per
sona aut habet administrationē aut
non habet. Si habet potest et debet:
immo quicquid superest in necessi
tatibus ecclesie et causis pijs est ex
pendendum dicente beato Bernar
do: Bona ecclesiarū pauperum sunt
et quicquid a ministris ecclesie preter
victum et vestitum retinetur totum
est sacrilegum et rapina. Si non ha
bet administrationē credo saluo me
lion iudicio nec potest nec debet fa
cere elemosynam nisi de prelati sui
perita licentia et obrenta. Ad monachos
enim non potest tractare etiam vtili
tates monasterij sui nisi de precepto
abbatis. xvj. q. i. monachi. de conse
cra. v. non oportet. Et hoc intelligo
nisi ille qui indiget elemosyna sit in
extrema necessitate constitutus: id est
indiget ad mortem: quia in isto casu
debet sibi dare elemosynam si potest.
Esto etiam q̄ prelatus expresse imbi
beret sibi: quia in tali casu omnis ho
mo tenetur ex precepto dei subueni
re. primo iuxta illud Ambrosij: *¶* Dal
ce fame morientem et. et etiam in ta
li casu omnia sunt communia. xlvj. di.
sunt hi.

anachy
C Nota tamen q̄ si monachus non
habens administrationem ex precep
to Abbatis vadat ad aliquam pere
grinationem vel ad studium sine ali
qua distinctione potest dare elemo
synam. Nam eo ipso quod prelatus
dedit sibi licentiam standi in scho
lis vel eundi ad peregrinationem vi
detur sibi dedisse licentiam facien
di omnia que honeste scholares et
peregrini solent facere: ita tamen q̄
moderate faciat: quilibet enim debz

se confirmare moribus istorum in
ter quos vivit.

C Sed nunquid vxor potest facere
elemosynam sine licentia viri? Di
cendum q̄ si vxor habet res parafer
nales: id est proprias preter dotem:
sic dictas a para quod est iuxta et sar
na quod est dos quasi iuxta dotem.
De illis etiam inuito marito potest
facere elemosynas. C. de pactis. qui
hac lege. de rebus etiam viri: sicut
de pane et de vino et alijs approbato
et bono et laudabili more solent ad
dispensationem vxoris pertinere po
test facere elemosynam: moderate
tamen et secundum facultatem viri:
maiores vel minores indigentiam
vel multitudinem pauperum: et de
bet sibi formare conscientias q̄ non
displiceat marito in corde: etiam si
quandoq̄ prohibuit sibi ore: solent
etiam mariti facere vxoribus talem
prohibitionem vt nō retrahant eas
a toto sed ab excessu quem suspican
tur eas facturās si haberent habe
nas nimis laxas. *¶* Notest etiam for
mare conscientiam suam ex qualitate
et miseria pauperis cogitās q̄ si ma
ritus illum videret omnibus modis
placeret ei q̄ fieret sibi elemosyna.
sed si omnino et precise dicat sibi con
scientia q̄ viro displiceat: deponat
illam conscientiam si potest. et si non
potest non det sed doleat quia non
potest dare. Et sic intelligo illud. c.
xxxij. q. v. q̄ deo. vbi dicitur q̄ cum
scandalo viri nō debet facere elemo
synam. Et illud intellige: nisi pctens
sit in extrema necessitate constitutus
quia tunc intrepide debet dare ali
ter peccaret. Et dixi de rebus viri:
intelligo de rebus dotalibus. Nam
rerum dotalium illibatum domini
um penes virum est. C. de rei vendi.

dotā ancillā. C. de iure dotium l. rebus. Dominus autem Albertus dixit qd si mulier lucrosa id est si ex officio suo lucratur est qd non habeat bona parafernalia. de eo quod lucratur potest absqz mandato et consensu vi ri facere elemosynam. filius etiaz familiaris non potest facere elemosynā de rebus patris sine eius licentia et mandato nisi superponat qd placeret patri sicut dixi supra de vxore. et hoc intellige nisi talis filius habeat peculium castrense. de tali enim peculio potest facere elemosynam etiam inuito patre. Dicit quidam doctor Albinus et habetur. xlv. di. c. tria sunt. qd tria sunt genera elemosynarum. scz vna corporalis egenti dare quecquid poteris. Altera spiritalia distribuere a quo lesus fueris. Tertia de linquentem corrigere et errantem reducere ad viam veritatis. Peculium castrense est quod acquisiuit ex militari.

Peculium quasi castrense est quod acquisiuit ex scientia vel alio artificio honesto. Intellige etiam nisi videat pauperem in extrema necessitate constitutum.

De filio etiam cuncte ad peregrinationem vel existente in studio intellige sicut dixi supra de monacho. Et multo minus seruus vel ancilla potest facere elemosynam de rebus domini nisi forte fuerit eis commissa administratio bonorum domus. et tunc potest facere moderate si sciret qd dno non displiceret.

Cui debet dari elemosyna.

Elemosyna non debet dari nisi indigenti. et hoc sonat nomen elemosine. Dicitur enim elemosyna secundū qd dicit Eberhardus ab eloya

quod est misereri et moys quod est aqua quasi miserorum id est de gentium aqua. Horum autem qui petunt elemosynam quidam petunt quasi ex debito sicut religiosi mendicantes qui predicant et celebrant quotidie pro benefactoribus suis. et isti dummodo constet eos habere istud officium sunt omnibus alijs preferendi et dicunt ista petere quasi ex debito. quia non solum dantur eis temporalia immo etiam spiritualia accipiuntur ab eis. Unde in persona talium dicit apostolus. Si spiritualia vobis seminamus non est mirum si temporalia vestra metamus. Alij petunt tantū pro vite sue sustentatione. sicut isti pauperes qui mendicant. et in isto casu aut homo potest omnibus dare aut non potest. Si potest omnibus dare debet omnibus absqz aliqz distinctione. et ad hoc inducunt exempla Abraham et Loth qui quoniam omnes differenter recipiebant hospitio angelos receperunt. si enim aliquos repellerent forsitan inter illos angelos repulissent. Et in hoc casu ait Iohannes crisostomus. Quiescamus ab hac surda et nebanda et diabolica curiositate scilicet discernendi inter pauperem et pauperem. non ex vita corporis quos accipis vel quibus das mercedem tibi retributurus est deus. sed ex voluntate et honorificetia multa ex misericordia et bonitate. xliij. distm. quiescamus.

Item Gregorius. xj. di. iij. quoniam in fine ubi dicitur qd etiam excommunicato danda est elemosyna. hoc intellige tam de excommunicato qm de quolibet alio notorio peccatore. Quod intelligendum est nisi saturitate cibi negligenter iusticiā facere et fieret deteteriores qd in tali casu non est scienda elemosyna vt dicit Aug. et po

nitur. v. q. v. c. nō omnis. et hoc intel-
ligas nisi eluriant ad mortem. tunc
enim quandoquē negligenter iusti-
ciam debent pasci: nisi forte iudex se-
cularis damnasset eos propter scelera
sua ad moriendū fame.

In secundo casu ubi nō potest da-
re omnibus posito quod omnes equali-
ter indigeant dicit Ambrosius. ix. cō-
sideranda esse scilicet fidelem: causam
locum. tempus. modum. necessitudi-
nem. sanguinis. propinquitatem. eta-
tem. debilitatem. conditionem siue
nobilitatem.

Fidelē: quia fidelis est p̄ferendus
infideli.

Causam: quia si duo tenent capti-
vum propter culpam et alius sine cul-
pa: iste est p̄ferendus alij.

Locus: quia captivus siue detentus in
carcere est p̄ferendus illi qui potest ire
libere quocūque vult.

Tempore: quia si unus est in tpe p̄se-
cutionis est p̄ferendus illi qui nullā
p̄secutionē patit̄.

Ad dū: ut nō t̄m̄ vni deū nec simul
effundant opes sed discrete dispen-
sent: nisi forte aliquis ex toto velit re-
linquere mundū.

Necessitudinē: ut magis indigens
minus indigenti p̄ferat̄.

Sanguinis propinquitatē: ut pro-
pinquus p̄ferat̄ extraneo.

Etatem: quia senes sunt iuuenib⁹
p̄ferendi.

ita breuis in verbis: est tñ pfunda in
sensu & ad impetrandū efficacissima
Unde de ea dicit Sapiens: Breuis
oratio penetrat celum.

Tertio excellit omnes alias oratio
nes: vnde vocatur ista oratio domi
nica & hoc ratiōe materie de qua est.
In ipsa enim continent' omnia ne
cessaria tā in vita ista q̄ in alia. Un
de notandum q̄ saluator in ista ora

tionē sic p̄cedit q̄ p̄mo docet nos
captare dei beniuolentiam. Secun
do docet orandi modum & formam.
Primum facit cum dicit: pater noster
qui es &c. Secundum facit cum di
cit: Adueniat regnū &c.

Circa primum duo facit. Primo
docet nos captare dei beniuolentias
Secundo docet nos captare oratio
nis efficaciam cum dicitur: Sancti
ficetur &c. Dicit ergo: pater noster q̄
es in celis: vbi confitemur deuz esse
omnū rerum principium: quia pa
ter &c. Secundo allegamus nostruz
privilegiū cum dicimus noster. Ter
tio nominamus nomē eius propriū
ibi: qui es. Quarto assignamus sibi
certum domicilium in celis. Dicit
mus ergo pater noster: vbi sciendū
q̄ scdm q̄ dicit ille Eberhardus: pa
ter dicitur quinq; modis: quia pri
mo modo dicitur pater noster ratio
ne cure. Alio modo ratione genture
Alio modo ratione etatis. Alio mo
do ratione honous. Alio modo ra
tione creationis. Istis quinq; mo
dis deus est pater omnium. Ad uno
ratiōe cure: ita dicit Paulus dicēs:
Omnem sollicitudinem vestram po
nentes in deum: quoniam ipsi est cu
ra de omnibus. Et ipsemet x̄pus di
cit in Matheo: Nolite solliciti esse
dicentes: quid manducabimus aut
quid bibemus aut quo operiemur
scit enim pater vester celestis quia
his omnibus indigetis. Secundo
deus est pater omnium ratione ge
nture: vnde de eo dicit Apostolus:
Voluntarie genuit nos verbo veri
tatis vt simus initium aliquid crea
ture eius. Unde quilibet potest vi
cere illud ps. Dñs dixit ad me filius
meus es tu ego hodie genui te. & de
quolibet dicit deus illud quod dici
tur in secūdo libro Regum: Ego ero

illi in patrem & ipse erit mihi in fili-
um. Tertio est deus pater omnium
ratione antiquitatis. Unde de eo di-
cit Daniel. Antiquus dierum sedet
& libri: videlicet conscientiarum ap-
ti sunt coram eo. Unde omnes pos-
sumus dicere quod dicit apostolus:
¶ Unus patrem habemus deum. Quar-
to deus est pater omnium ratione ho-
noris. quia deum debemus honora-
re speciali honore & reverentia que
a doctoribus dicitur latría qui ho-
nor nulle creature debet exhiberi.
¶ Unde quilibet debet dicere illud quod
dicitur in .iiij. ad Cor. Confitebor
tibi domine deus pater celi & terre:
ita quod confiteri tibi idem est quod lauda-
re siue honorare. Quis deus est pa-
ter omnium ratione creationis. Un-
de ad Rom. Nunquid non est ipse
pater tuus qui possedit fecit & crea-
vit te. Unde ex hoc quod dicimus pa-
ter habemus fiduciam illud quod in
ista oratione petimus obtinendi. Un-
de possumus arguere sic. ¶ Pater dat
filio illud quod petit ab eo solum quod istud
quod peti sic iustum & filio necessa-
rium. sed deus est pater omnium et
istud quod petimus in ista oratione
est iustissimum & valde necessarius
nobis quare fiduciam habemus quod
deus totum dabit nobis. Et fundat
ista ratio super verbum saluatoris in
Luca ubi dicit. Si vos cum fuerit ma-
li nostri bona dare filijs vestris
quanto magis pater vester celestis
dabit vobis spiritum bonum peten-
tibus se. quasi dicat quod immo dabit

¶ Sexto in oratione illa allegamus
nostrum privilegium cum dicimus
nostrer. Ubi sciendum quod quis ut di-
ctum est deus sit pater omnium illis
quibus modis tamen nobis qui su-
mus regenerati vnde baptisnatis &

spiritualiter pater. Unde nos bap-
tizzati & regenerati in xpo possumus di-
cere pater noster. vnde ipse pater no-
ster. quia nos sumus ab eo liberati
misericordius adoptati spiritualiter
educati nobilius informati salubri.
¶ Dico quod deus est spiritualiter pater
quia nos xpiani sumus ab eo redem-
pri siue liberati misericordius. Un-
de nos possumus deo dicere illud quod
dicit in Apoc. Redemisti nos deus
in sanguine tuo. De qua redemptione
dicit beatus petrus. Non ex cor-
ruptibilibus auro & argento redem-
pti estis de vana vestra conversatio-
ne sed pretioso sanguine agni ima-
culati domini nostri Ihesu xpi.

¶ Secundo dico quod deus est specialiter
pater noster: quia nos xpiani sumus
ab eo adoptati spiritualiter. & de hoc
dicit apostolus. Adhuc deus spiritu
filij sui in corde nostro in quo clama-
mus abba pater ut adoptionem filio-
rum dei reciperemus.

¶ Tertio dico quod deus est pater noster
quia nos xpiani sumus a deo educa-
ti nobilius. in sacramento enim eu-
charistie. pascit nos deus corpore et
sanguine xpi. ita dicit ipsemet in Jo-
hanne dicens. Caro mea vere est ci-
bus & sanguis meus vere est potus
De isto cibo dicit ps. ¶ Panem ange-
lorum manducavit homo. De quo
pane dicit xps. Qui manducaverit
ex hoc pane vivet in eternum. Unde
etiam tantum beneficium recognos-
cens in vocem gratiarum actionis
prorumpens dicit. O quam suavis est
domine spiritus tuus qui ut dulcedine
tuam in filios demonstrares pane su-
avissimo de celo prestito esurientes
humiles diuites dimittens inanes.
¶ Quarto dico quod deus est speciali-
ter pater noster: quia nos xpiani su-
mus ab eo specialiter informati salu-

bus. et hoc per doctrinam euange-
licam que sola est doctrina salutifera
et salubris. et istam doctrinam pete-
bat David dum dicebat: Bonitates
et disciplinam et scientiam doce me.
Et de ista disciplina dicit Sapiens:
Audi fili mi disciplinam patris tui.
Et hoc ergo quod dicimus nos habere
fiduciam quod illud quod in ista ora-
tione a deo petimus dabit nobis ut
arguimus sic: Principale trahit ad
se accessorium: extra de pse. eccle. vel
alta. ecclesias. li. vi. sed deus dedit se
ipsum nobis: ideo vocamus eum no-
strum. et respectu eius omnia sunt no-
bis accessoria: ergo certi sumus quod ista
nobis dabitur a deo. Et fundat ista
ratio super verbo apostoli dicentis
in epistola ad Romanos: Si deus pro
nobis quis contra nos qui proprio
filio suo non peperit sed pro nobis om-
nibus tradidit illum: quomodo etiam
non cum illo omnia nobis donauit:
quasi dicat quod imo:

Tertio in oratione ista nominamus
nomen dei proprium cum dicimus
qui es. Circa quod sciendum quod qua-
uis secundum doctores in vita ista nescia-
mus nomen proprium dei: tamen in-
ter omnia nomina que dicuntur de deo
istud nomen qui es est magis proprium
quod patet: quia Adoy si interrogan-
ti quid responderet filius israel si in-
terrogarent quod esset nomen dei. di-
xit deus sic dices filius israel: Qui est
misit me ad vos. dicam? ergo deo quod
es: quia deus est firma entitas om-
nes perficiens: summa bonitas om-
nibus sufficiens: pura veritas omnes
erudiciens: vera charitas omnes reficiens.

Dico quod dicamus deo qui es: quia
ipse est firma entitas nunquam deficiens.
Unde ipse dicit ad se in Exodo: Ego
sum qui sum. ps. A seculo usque in se-
culum tu deus es.

Secundo dicimus qui es quia deus
est summa bonitas omnibus sufficiens.
Unde iuueni vocanti se bonus
dixit christus: Nemo bonus nisi solus
deus. Et de eo dicit ps. Bonus es tu
et in bonitate tua doce me iustifica-
tiones tuas. Et apostolus: Sufficien-
tia nostra ex deo est.

Tertio dicimus qui es quia deus
est pura veritas omnes erudiciens. Un-
de dicit christus in Joanne: Ego sum vera
veritas et vita. Et in Mathaeo: Ad-
gister scimus quia verax es et via dei
in veritate doces.

Quarto dicimus deo qui es quia
deus est vera charitas omnes reficien-
s. Unde in prima canonica Joann-
nis: Deus charitas est et qui manet in
charitate in deo manet et deus in eo.
Et ipsemet dicit in Mathaeo: Veni-
te ad me omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos. Dicen-
do ergo qui es fiducia habemus quod
deus qui est firma entitas nulli deficiet:
quia est summa bonitas omni-
bus sufficiens: quia est pura veritas
omnes erudiciens: quia est vera charitas
omnes reficiens.

Quinto dico quod in ista oratione con-
aptando dei beniuolentiam assignamus
sibi certum domicilium cum dici-
mus in celis. Circa quod notandum
quod celum quo ad nunc est quadruplex:
quia est celum supernaturale: materiale
spirituale et intellectuale.

Celum supernaturale est ipsa tri-
nitas. Et de isto dicitur in Gen. Susci-
pe celum. i. ipsam trinitatem et nume-
ra stellas. i. eius perfectiones et pro-
prietates si potes.

Celum materiale quo ad nunc est
celum empyrium. de quo dicitur in
Gen. In principio creauit deus ce-
lum. et secundum Strabonem intelligit de
celo empyreo.

Celi sp
De quo d
des eius.
Celum
gelica. De
in celi id
et in bon
lorum est
id est trini
tiam. In
est clare v
celo id est
bitans pe
id est in n
per excell
us in prin
diuisus p
in prima
sunt qui
pater fili
vnum sun
Secundo
celo id est
gloriam.
est ostium
visa est. 2
qui vt dic
ti et antiq
co quod deu
anima de
gratiam.
oculos n
id est in a
to dico qu
est in nat
per excell
est magn
est super
Dicendo
duntiam
lo in ipsi
est in sec
bimur. c
sum in h
to per ip

Celi spirituale est anima deuota
De quo dicit in ps. Dñs in celo se-
des eius.

Celum intellectuale est natura an-
gelica. De quo ibidez. Verbo domi-
ni celi id est angeli formati sunt scili-
cet in bono. In quolibet istorum ce-
lorum est deus. quia in primo celo-
id est in trinitate est indiuisus per essen-
tiam. In secundo celo id est in empyreo
est clare visus per gloriam. In tertio
celo id est in anima deuota: est inha-
bitans per gratiam. In quarto celo
id est in natura angelica: est eam eleuans
per excellentiam. Dico primo quod de-
us in primo celo id est in trinitate est di-
uisus per essentiam. Et hoc dicit
in prima canonica Johannis. Tres
sunt qui testimonium dant in celo.
pater filius et spiritus sanctus et hi tres
vnum sunt videlicet per essentiam.
Secundo dico quod deus est in secundo
celo id est in empyreo clare visus per
gloriam. Et de hoc in Apoc. Apertum
est ostium in celo et archa testamenti
visa est. Archa testamenti est deus.
qui ut dicit apostolus noui testamē-
ti et antiqui mediator est. Tertio di-
co quod deus est in tertio celo. id est in
anima deuota ipsam inhabitans per
gratiam. Unde in ps. Ad te leuaui
oculos meos qui habitas in celis.
id est in animabus deuotis. Quar-
to dico quod deus est in quarto celo id
est in natura angelica ipsam eleuans
per excellentiam. Unde ps. Elenata
est magnificentia tua super celos id
est super nouem choros angelorum
Dicendo ergo in celo habebimus si-
derium quod quia deus est in primo ce-
lo in ipsum transformabimur. quia
est in secundo: quia in ipso beatifica-
bimur. quia est in tertio quia in ip-
sum inhabitabimur. quia est in quar-
to per ipsum eleuabimur. Et sic ter-

minatur prima pars orationis.
in qua captamus dei beniuolentiam

Sequitur secunda pars in quo op-
tamur siue petimus orationis effi-
catiam dicendo. Sanctificetur nome-
n tuum. et est prima petitio in ordine.
sed est vltima in re seu intentione. Cir-
ca quod notandum quod ad hoc quod oratio
nostra habeat efficaciam id est quod
hoc quod exaudiat requirunt quatuor:
videlicet quod fiat cum firmitate fidei: cum
bonitate rei: cum deuotione animi. et
quod fiat in nomine christi.

Dico primo quod ad hoc quod oratio habeat
efficaciam oportet quod fiat cum firmi-
tate fidei. sicut enim instrumentum
est inefficax nisi sit debito signo signa-
tum. ita oratio est inefficax nisi sit si-
gnaculo fidei consignata. Et ideo di-
cebat christus. Quicquid orantes peti-
tis credite id est signaculo fidei signa-
te et accipietis et fiet vobis. Ut enim
dicitur in Johanne. Scimus enim quod
peccatores deus non audit. Ut autem
dicit apostolus. Omne quod non est
ex fide peccatum est. Et ideo dicit christus
Veni adoratores adorabunt patrem
in spiritu et veritate. veritate. scilicet
fidei.

Secundo dico quod ad hoc quod oratio ha-
beat efficaciam oportet quod fiat cum bo-
nitate fidei id est quod in oratione non
petantur nocua sed vtilia. sicut enim
libellus ineptus est nullus ita oratio
inepta est nulla. In cuius signum di-
cit christus. Petitis et non accipitis eo quod
male petatis.

Tertio dico quod ad hoc quod oratio habeat
efficaciam oportet quod fiat cum deuoti-
one animi. sicut enim ad hoc quod fumus
ascendat de thuribulo oportet quod ibi sit
ignis: ita ad hoc quod oratio ascendat ad de-
um oportet quod sit in igne deuotionis accessa
in cuius signum legitur in Apo. Stetit angelus

iuxta aram templi habens thuribur-
lum aureum in manu sua et data sunt
ei incensa multa: que sunt orationes
sanctorum: et ascendit fumus aroma-
tum in conspectu dei de manu ange-
li. Ideo psallebat ps. Dirigatur ora-
tio mea sicut incensum in conspectu
tuo.

¶ Quarto dico quod ad hoc quod oratio
habeat efficaciam oportet quod fiat in no-
mine christi: sicut enim illud quod pro-
curator agit non valet nisi agat nomi-
ne christi nomine procurator: ita cum
sumus orando procuratores christi
si volumus exaudiri oportet quod peti-
mus in nomine christi: ut dicit christus. Quic-
quid petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis. Ista quatuor optamus
in oratione nostra cum dicimus: San-
ctificetur nomen tuum. Tria prima
tanguntur in hoc quod dicimus: San-
ctificetur. Sciendum est quod sanctum
uno modo idem est quod firmum: in quo
firmitas fidei est. Alio modo idem est
quod sine terra in quo utilitas rei est.
Alio modo idem est quod sanguine tin-
ctum in quo deuotio anime designa-
tur.

¶ Quartum tangit in hoc quod dicit no-
men tuum. De quo nomine dicit in
Matthæo: In nomine meo demonia
eijcentur. linguis loquetur nouis: et si
mortiferus quid biberint non eis noc-
ebit: super egros manus imponent
et bene habebunt. Et sic terminat se-
cunda pars principalis dominice ora-
tionis in qua optamus orationis effi-
cacia. Sequitur tertia pars principa-
lis in qua docemur modum et formam
orandi cum dicitur: Regnum tuum etc.

¶ Circa quod sciendum quod ab isto lo-
co usque ad finem continent sex peti-
tiones in quibus petimus omne quod
est necessarium nobis tam in vita ista
quam in alia: cum tota perfectio homi-

nis consistat in duobus. scilicet in declina-
tione mali et persecutioe boni iuxta illud
ps. Declina a malo et fac bonum
ideo in ista oratione petimus a deo
ut nobis bonum conferat: et ut mali-
a nobis auferat. Quantum ad colla-
tionem boni petunt tres petitiones
cum enim sit triplex bonum: scilicet
bonum glorie: bonum gratie et bonum
nature: istud triplex bonum petimus
nobis dari.

¶ Nam bonum glorie petimus cum
dicimus: Adueniat regnum tuum: id est
paradisi. et est sensus: O pater noster
qui es in celis petimus quod regnum tuum
adueniat: id est ad nos veniat. Sed
quare melius dicit adueniat regnum
tuum quam dicitur adueniam? in regni-
tuum: Dico quod ad denotandum quod glo-
ria paradisi non habetur ex meritis
proprie sed ex mera gratia dei iuxta
verbum apostoli dicentis: Ad ex operi-
bus iusticie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam saluos nos
fecit. Ideo dicitur adueniat. et gra-
tia tua ad nos veniat. non autem dicitur
adueniamus: quia ut dicitur est
ex meritis nostris non possumus in
illud venire. Nemo enim potest venire
in illud nisi pater traxerit eum et dicitur
in Joanne. De isto regno dicit
Augustinus loquens in persona christi
veniale. quid regnum celorum quo emittitur
paupertate: vilitate: gloria: mor-
te: vita.

¶ Bonum gratie petimus cum dicitur
fiat voluntas tua sicut in celo
et in terra. Ad cuius evidentiam sciendum
quod homo vocatur in scriptura terra
erecta est. Unde ps. Anima mea sicut terra
erecta est. Unde de homine iusto: Bona
dixisti domine terram tuam. Angeli autem
sive sancti in paradiso existentes vocantur
celum. Unde ps. Celi enarrant
gloriam dei. Est ergo sensus: O pater

noster
in ter-
nis: si-
geli:
gure
clefiat
fit vol-
te: ita
tante
ret no-
litas
cit fia-
Ad o-
bit re-
lunta
Intra-
B
cimu-
da no-
nis v-
ergo
nobis
stius
est ist-
supra
tione
Intell-
direc-
neces-
bene-
in co-
pora-
est in
ad se-
et sic
die:
est n-
lom-
pert-
ctui-
lis:
gan-
C
nis
Pa-

noſter qui eſt in celis fiat voluntas tua
in terra. i. in nobis hominibꝫ terre-
nis: ſicut fit in celo. i. ſicut fit in an-
gelis ⁊ beatis. ⁊ per terram intelli-
gitur eccleſia militans. per celum ec-
cleſia triūphans vt fit ſenſus: Sicut
fit voluntas tua in eccleſia triūphan-
te. Ita petimus qꝫ fiat in eccleſia mili-
tante. Que autē fit iſta voluntas vo-
cet nos apoſtolus dicēs: Nec eſt vo-
luntas dei ſanctificatione noſtra. Et di-
xit fiat voluntas tua: qꝫ vt dicit xꝑs
Ad omnis qui dicit dñe dñe intra-
bit regnum celoz: ſed qui fecerit vo-
luntate patris mei qui in celis ē ipſe
intrabit regnum celoz.

Bonum nature petimus cum di-
cimus: Iſtānem noſtrū quotidianuz
da nobis hodie. Et eſt ſciendū qꝫ pa-
nis dicit a pan qꝫ eſt totuz. In hoc
ergo qꝫ petimus panes petimus oīa
nobis neceſſaria ad ſuſtentationem
iſtius miſere ⁊ tranſitorie vite. Nec
eſt iſtud contra illud quod dictū fuit
ſupra parte. ij. tractatu. ij. c. de ora-
tione. qꝫ nō ſunt petēda tꝑalia: quia
intelligendum eſt qꝫ nō ſunt petēda
directe ⁊ per ſe: ſed in quantum ſunt
neceſſaria ad habenduz celeſtia: ⁊ ſic
bene poſſunt peti. Unde Gregorius
in collecta: Sic tranſeamꝫ ꝑ bona tē-
poralia vt nō amittamꝫ eterna. Uel
eſt intelligendum qꝫ nō ſunt petēda
ad ſuperfluitate ſed ad ſuſtentationē
⁊ ſic petimus ea hic. vnde petimꝫ ho-
die: quia nō petimus niſi in quantum
eſt neceſſariū ꝑ die. Ita petebat Sa-
lomon dñi dicebat: Diuitias aut pan-
pertates ne dederis mihi ſed tñi vi-
ctui meo tribue neceſſaria. Et Iſau-
lus: Habētes alimenta ⁊ quibus te-
gamur his contenti ſumus.

Notanduz etiam qꝫ triplex eſt pa-
nis quem petimus in iſta oratione.
Primꝫ eſt panis ſpiritualis auſtere

penitentie ⁊ iſte eſt panis ordeaceus
De iſto pane dicit in Iohanne. Eſt
puer vnus hic habēs quinꝫ panes
ordeaceos. Iſti quinꝫ panes ſunt
quinꝫ partes penitentie ſcꝫ ꝑcritio
ꝑfeſſio: oratio: elemoſyna ⁊ ieiunium:
de quibus dictū eſt in ſcda ꝑte. Se-
cundus panis eſt ſacramentalis eu-
chariſtie. De quo pane dꝫ in Iohan-
ne. Hic eſt panis qui de celo deſcen-
dit: qui māducauerit ex hoc pane vt
uet in eternū. In fortitudine iſtiꝫ pa-
nis ambulat fideles vſqꝫ ad montē
paradiſi. Tertius eſt panis materia-
lis ſiue temporalis ſubſtantie. Et de
iſto pane dicitur in Beñ. In ſudore
vultus tui veſceris panem tuo. Iſtos
tres panes petimus in orōne iſta iux-
ta verbū ſaluatoris dicentis in Lu-
cā. Amice accōmada mihi tres panes.
Iſte ergo tres petitiōes reſpicūt col-
lationē boni ⁊ ſunt alie tres que reſpi-
ciunt oblationem mali.

Circa quod notandū qꝫ duplex eſt
malum ſcilicet malum culpe ⁊ mali-
pene. Malum culpe eſt duplex ſcilicet
ꝑteritum ⁊ futurum. ſcꝫm hoc
ſunt tres petitiōes mali. In prima
petimus malum culpe ꝑterituz no-
bis dimitti cum dicimus. Dimitte
nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos di-
mittimus debitoribus noſtris. Iſta
debita ſunt peccata iuxta parabolā
xꝑi quam propoſuit Symoni lepro-
ſo dicens. Duo debitores erant cui-
dam ſeneratori. que parabola ſcꝫm
gloſam intelligitur de debito pecca-
ti. iſta debita petimus nobis dimitti
a deo ſicut ⁊ nos dimittimus debi-
toribus noſtris id eſt illis qui cōtra
nos peccauerunt. quia iſtud intelli-
gitur de debito iniuriarꝫ quas debe-
mus remittere: alioqꝫ niſi dimitta-
mus deꝫ nō dimittet nobis: dicente
xꝑo: Pater vꝫ celeſtis non dimittet

vobis nisi vos dimiseritis vnusquisq;
de cordibus vestris. In qua eni me-
sura mensi fueritis eade mensura re-
metiet vobis. Si ergo vis qd de? di-
mittat peccata tua tibi: dimitte tu il-
lis qui contra te peccauerunt: alioquin
dicet tibi: Ex ore tuo te iudico serue
nequa. dicis enim dimitte mihi sicut
ego dimitto: sed tu non dimittis: ergo
dicis qd tibi non dimittam.

C Sed nunquid ille qui existens in
fraterno odio dicit istam orationem
peccat: Dico quoniam: quia non dicit
eam in persona propria sed in perso-
na ecclesie. quod patet: quis dicit no-
bis et non mihi? Et cum vniuersalis
ecclesia nunquam possit errare nunquam
erratur in dicendo orationem. In se-
cunda petitione petimus a malo cul-
pe futuro precauere cum dicimus. Et
ne nos inducas in tentationem. No-
tandum ergo qd tentatio aliquando
sumitur in bonum: sicut in Gen. quan-
do dicit: Tentauit deus Abraham. et
in libro Sapientie: Deus autem ten-
tauit illos et inuenit illos dignos se.
Et dicitur deus tentare duobus mo-
dis. Vno modo permissiue: et ita su-
mitur quando dicit: Deus tentauit
illos: id est tentari permisit. Alio mo-
do dicitur tentare vt ostendat exem-
plum virtutis alijs: sicut deus tenta-
uit Abraham vt ostenderet virtutes
obedientie eius. Et de tali tentatio-
ne non intelligimus hic. Aliquando
autem tentatio sumitur in malum: et
est duplex in malum. nam quedam est
ab hoste: id est a demone. quedam a
carne: in quantum scilicet caro insur-
git contra spiritum. Tentatio que est
ab hoste non est peccatum nisi con-
sentiat sibi: immo si resistat sibi est
multum meritorium. Et isto modo
fuit tentatus xps vt dicitur: Ductus
est Iesus in desertum a spiritu vt ten-

taretur a diabolo etc. Tentatio que
est a carne semper prouenit ex pecca-
to in quantum ipsa rebellio carnis ad
spiritum prouenit in nobis ex pecca-
to primorum parentum est materialiter
peccatum originale. modo ista re-
bellio quantum ad sui principium non
est in potestate nostra prout dicitur
qd primi motus non sunt in potesta-
te nostra. sed resistere isti rebellionem
sive allidere primos motus bene fit
in potestate nostra: et ideo consentire
tentationi siue sit ab hoste siue sit a
carne semper est peccatum: ita qd sit
consensus cum deliberatione est pec-
catum mortale: sed si sit consensus su-
bitus et quasi surreptitius est solum
peccatum veniale. Adhuc ergo in ista
tentatione nos non petimus nec ten-
nemur: sed petimus ne in tentatio-
nem inducamur. tunc autem in ten-
tationem inducimur cum ei consen-
timus. et ideo in ista petitione nihil
aliud petimus nisi qd deus det nobis
virtutes resistendi tentationi. Quod
apostolus promittit eum facturum ob-
iens: fidelis deus qui non permittit
vos tentari supra illud quod potestis
sed faciet cum tentatione puenire
ita vt possitis sustinere

C In vltima petitione petimus a ma-
lo pene liberari cum dicimus. Sed
libera nos a malo. ita qd intelligitur
hoc de malo pene eterne. quod est sim-
pliciter malum. Nam malum pene
temporalis potest esse et est aliquan-
do bonum. sicut bonum fuit marty-
ribus pati et sustinere multas penas
et multa tormeta: vti a tali malo non
petimus liberari sed a malo pene eter-
ne. Iuxta qd petit ecclesia. Libera me
domine de morte eterna. In fine om-
nium petitionum subiungit. Amen id est
ita fiat quasi confirmatio omnium peti-
tionum. Sic ergo in oratione vnica sunt

Septem
peti-
tio-
num
orati-
o-
rum
simi-
peti-
ri et
ne
bis
qua-
sta

I
die
ma-
rita
dat
pre-
sul-
est
mo-
qu
in
C
in
ga-
de
vt
m
ob-
da-
lit-
li-
E
m
a-
b

lxxvij

Septem petitiones in quarum prima
petimus orationis efficaciam cum dicitur
Sanctificet nomen tuum. quasi di
cimus sicut nomen tuum est sanctum et fir
mum. ita illud quod petimus in ista
oratione sit firmum. Et ideo licet ista
oratio sit prima in ordine tamen est
ultima in intentione. Item in alijs sex
petimus nobis omne bonum conferri
et a nobis omne malum auferri. do
net nobis dominus et hec omnia no
bis concedantur. Et ista sufficiunt
quantum ad nunc quia forte alias de
ista materia latius loquar.

De decem preceptis.

Interroganti iuueni quid faceret
ad vitam eternam haberet respondit
dixit christus. Si vis ad vitam ingredi serua
mandata. quasi diceret. Ingressus ad
vitam eternam est observatio man
datozum. que quidem mandata sunt
precepta decalogi. Et dicitur decalo
gus a decem quod est decem et logos quod
est sermo quasi decem preceptorum ser
mo. Sunt ergo precepta legis decem
quarum quedam ordinant homines
in deum et quedam in proximum.

Precepta que ordinant homines
in deum sunt tria scilicet quod homo est obli
gatus ad tria. Sicut enim vasallus
debet domino tria scilicet fidelitatem
et non recognoscit aliquem alium do
minum. reuerentiam. et non faciat ei
obprobrium. famulatum. et impen
dat ei debitum obsequium. Sic qui
libet dictamine iuris naturalis est ob
ligatus deo ad ista tria. Et ideo qua
rum ad primum est istud preceptum
Non habebis deos alienos coram me
Quantum ad secundum est istud. Non assu
mes nomen dei tui inuani. Quantum
ad tertium est istud. Memoro die sab
bati sanctifices.

Precepta que ordinant homines
ad primum sunt septem. Ordinant enim
homo ad primum duobus modis scilicet ut bo
num sibi faciat et ne sibi noceat. Quan
tum ad primum est unum preceptum scilicet ho
nora patrem tuum et matrem tuam. Quan
tum ad secundum sunt sex precepta. No
test enim homo nocere proximo tri
bus modis. Uno modo facto. Alio
modo verbo. Alio modo voluntate.
facto potest sibi nocere tribus mo
dis scilicet in persona propria et in p
sona sibi coniuncta: vel in propria sub
stantia. Quantum ad primum est istud
preceptum. Non occides. Quantum
ad secundum est istud non mecha
beris. Quantum ad tertium est istud
Non furtum facies. Quantum ad
hoc ne noceat homo primo verbo est
istud. Non falsum testimonium di
ces. Quantum ad hoc ne noceat ho
mo proximo voluntate sunt alia duo
quia ne noceat sibi voluntate libidi
nis et est istud. Non concupisces ux
orem proximi tui. Ne autem noceat
sibi voluntate cupiditatis et est istud.
Non concupisces seruum non ancillam non
bouem non asinum. Ista ergo decem p
recepta de quorum quolibet aliqua p
ordinem sunt dicenda.

De primo precepto.

Primum preceptum est non ha
bebis deos alienos coram me
ita quod in isto precepto prohibet om
nis idolatria: omnis heresis et omnis species
sortilegij: siue diuinationes quocumque
modo fiunt: siue fiunt in igne siue in aere:
siue in aqua siue in terra siue in cor
poribus mortuorum siue in aspectu garru
tus et volatus: autum siue in characteribus
siue in vana inspectione psalterij et euā
geliorum et aliarum scripturarum: et regulari
omnis diuinitio quocumque predictorum mo
li

in hunc
modum

domum vel simili modo fiat prohibita est in isto precepto et est maledicta a deo et a sancta ecclesia tanquam idolatria et infidelitas reprobata. Luz enim futura que solius dei sunt per tales superstitiones aliqui inuenire laborant diuinitatis iura creaturis attribuit. Ita dicit Isaias dicens: *Propterea et nouissima annunciate mihi et dicam quod dii estis vos.* Augustinus: *Non obseruetis dies qui sunt egyptiaci: aut kalendas Januarii in quibus cantilene et quedam comestiones et ad inuicem donatur quasi in principio anni Bonifacii augurio aut aliquos menses aut tempora dies vel annos aut lune et mensis solisque cursum: quia et qui has et quascumque diuinationes aut fata aut auguria obseruat aut attendit vel consentit obseruantibus: aut talibus credit aut ad domum eorum vadit aut in sua domo introducit aut interroget sciat se fidem christianam et baptismum preuicasse et paganam et apostatam et dei inimicum esse et iram domini grauius incurrisse: nisi ecclesiastica emendatus penitentia deo reconcilietur.*

*N*ota tamen quod agricole qui seruant tempora ad seminandum vel ad arbores incidendas vel ad similia quam certam et naturalem habent rationem vel phisici qui ad medicinas dandas vel minutiones faciendas et ad similia obseruant dies certos et tempora non condemnantur hic: cum omnia ista inferiora subsint quantum ad naturam corpoream influentie corporum celestium non est prohibitum: imo est debitum et necessarium respicere in istis et attendere fluxum stellarum et planetarum. Sed cum anima rationalis in nullo subsit influentie istorum corporum dicente *Isidoro*: *Animas sapientes dominabitur astris.* Respi-

cere talia sibi que a libero arbitrio procedunt est superstitiosum et vanum. Unde ex clamore conuicis prenoscare pluuiam futuram non est superstitiosum et vanum: cum talia animalia ex dispositione et immutatione aeris possint in corporibus suis sentire talem immutationem.

*N*otandum etiam quod si aliquis vel aliqua colligat aliquam herbam dicendo symbolum vel orationem dominicam et ponat eam super aliquem infirmum ista intentione: ut in istis deus et creator omnium et deus honoretur non reprobatur dummodo nulla alia obseruantia superstitiosa obseruetur vel misceatur. *xxvi. q. v. non liceat. q. vii. non obseruetis.* Et istud est habendum pro regula generali in materia ista quod inquisitio omnis que fit per inquisitionem demonum facienda vel expressa quocumque fiat siue per characteres siue per figuras siue quocumque fiat est in isto precepto prohibita.

*S*ed quid erit in istis coniurijs in quibus recitant nomina dei et angelorum et ponunt multa bona verba? Dico quod in istis cauendum est ne in specie boni lateat malum.

*U*nde diligenter aduertendum est ne inter illa nomina admisceantur aliqua nomina ignota que magis sunt nomina demonum quam nomina angelorum. Lum enim ut dicit *Beda*: *Nulla falsa doctrina sit que non aliqua vera falsis imisceat.* Impossibile est quod in istis superstitionis non admisceantur aliqua bona cum malis. Et quia modi cum fermenti totam massam corrumpt quanticumque sint ibi multa bona et sint ibi aliqua mala totum est corruptum et suspectum. Quia etiam angelus malus sepe transfiguratur se in angelum lucis non est credendum istis fantastis qui dicunt se videre ange-

los ve
apls:

S
in pe
cipal
mult
C Ad
ad bo
spum
tas:
per
ritat
tural
defu
adu
bet
ter
dat
duly
C J
rati
pre
aliq
cre
fert
C
a bo
Q
cum
um
tur
ran
ret
iur
tur
cep
qu
ui
m
fb

los vel sanctos aliquos. Unde dicit
apls: Probate spiritus si ex deo sint.

C De secundo precepto.

Secundū preceptū est. **I**ad assu-
mes nomē dei cui iurantū. ita q̄
in pcepto isto p̄hibent primo & p̄-
cipaliter oēs species perjurij. q̄ sunt
multe.

Ad cuius evidentiam est sciendū q̄
ad hoc q̄ iuramentū sit licitū & hone-
stum oportet q̄ sint ibi tria scz veri-
tas: iudiciū & iusticia. Ita dicit, dñs
per p̄phetam. Jurabit ait dñs i ve-
ritate in iusticia & iudicio. xxi. q. i. &
iurabunt. Et si aliquod istoz trium
defuerit periurū dicit. xxi. q. ij. aut
aduertendū. Veritas enī semper de-
bet esse in p̄sentia iurantis vt firmi-
ter sciat ita esse sicut iurat: als si cre-
dat nō debet de p̄sentia sed de cre-
dultate iurare.

Judiciū dicit hīc discreta delibe-
ratio scz vt nō iuret etias verū nisi p̄-
pter necessitatē: id est cū dicit alicui
aliquid verū qd̄ ei expedit & utile est
credere & nō vult credere simplici as-
sertione.

Iusticia vt id quod iuret sit licitū
& honestū. extra de iureiurā. & xp̄us
Quomodo ergo iuretur siue iuramē-
tum sit assertorium siue promissori-
um quodcumqz istoz deficiat siue q̄
iuretur falsum siue verum: tamen iu-
rans credat iurare falsum siue q̄ iu-
retur absqz aliqua necessitate siue q̄
iuretur aliquod illicitum semper p̄-
iurium est & est directe p̄tra istud p̄-
ceptum.

Sed quid fiet de istis iuramentis
quotidia nis que sunt ex quadam le-
uitate & ex quadam mala p̄suetudine:
nunquid ibi est periurium cū deficit
ibi iudiciū? Dico q̄ sic. sz si fiant de

re licita & sine intentione decipiendū
vel fallendū. illud piurū non est nisi
peccatū veniale. si autē fiat cū intenti-
one fallendū: vel si fiant de re illicita
est peccatū mortale. **U**n̄ nota q̄ cū
iuramentū nō fuerit iumentū vt sit
vinculū iniquitatis iurantū iuramē-
tū qd̄ fit de re illicita vel qd̄ fit cōtra
charitatē vel qd̄ nō potest saluari si-
ne interitū salutis eterne. sicut iurat
aliquē interfectorū. vel nō daturum
elemosynam. vel aliquod tale periur-
rium est nec aliquatenus obseruan-
dum. Unde Hiero. In malis p̄mis-
sis rescinde fidem. in turpi voto mu-
ta decretum.

Item nota q̄ iuramentū est vox spi-
us iurantis vel actus ip̄e vel ipsum
quod iuratur.

Causa institutiōis iuramenti fuit
duplex. **U**na est p̄pter firmitatem
hoīm & de facili dubitantū. qz vnus
alteri simplici verbo nō credit. **A**lia
p̄pter ydolatriā. sic enī p̄cessum fuit
vt hostias deo imolarent ne eis offer-
rent ydolis id est demonibz. sic pot̄
us permissum fuit vt per deū q̄z per
creaturas ne incidant in crimē ydo-
latrie.

Forma iuramenti alia sit solo ser-
mone. alia interuentu. alia cuiuslibz
reliquis. **Q**ue sit sermone est triplex
In veteri lege iurabant. **C**liuit dñs
vinit anima mea. In ecclesia primi-
tina. **T**estis est mihi dñs. **T**estis est
mihi p̄sentia. Et hodie iurat p̄ de-
um. vt patz. xxi. q. i. quia veritas rel
nō sufficit nisi assit consciētia vt pa-
tet. xxi. q. i. c. homines. etiam veri-
tas conscientie sufficit: vt a furto ex-
cusare scz si credo dñs p̄missurū. ff. d.
ver. ob. que ex dilectis nascuntur. l.
placuit.

Notandum etiam q̄ licet hodie p̄-
hibetur iuramentum quod fit p̄ fal-

*no qm
mest v*

est peccatum mortale. **Homicidius** corpale scdm doctores fit duobus modis. Uno modo verbo. alio modo facto. **Verbo** fit tribus modis scz precepto: consilio & defensione. v. i. si quis vidua de pe. di. i. p. culose. Et quod libet istoz homicidiorum si fiat iniuste est peccatum mortale. **Facto** fit quatuor modis scilicet iusticia: necessitate: casu & voluntate. **Iusticia**: vt cum iudex vel minister reum iuste condemnatum ad mortem occidit. hoc homicidium si fit ex liuore vel amore fundendi sanguinem humanum licet talis iuste occidatur quia meretur mortem: iste tñ peccat mortaliter ppter intentionem corruptam. **Si vero** fiat ex amore iusticie nec peccat iudex condemnando eum ad mortem nec precipiendo ministro vt occidat eum: nec minister exequendo mandatum iudicis: dum tamen faciat iuris ordine seruato. **Probat** hoc ex verbo apostoli ad Romanos vbi dicit sic: Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita sit. Et sequitur: Non enim sine causa gladius portat: dei enim minister est iudex iura ei qui male agit. **Si** fiat necessitate distinguitur: quia illa necessitas aut fuit euitabilis: poterit enim euadere absqz occisione hominis: & tñne est reus homicidij & debet agere penitentiam tanqz pro peccato mortali. **Aut non** fuit euitabilis ita qz occidit hominem absqz odij meditatione in dolum dolore animi: tamen se & sua liberando. Et in isto casu non dicitur peccare: nec astringitur ad penitentiam debet tamen dolere & suis peccatis ascribere: quia in tantis poterit venire necessitatem. bonaz enim mentium est ibi culpam inuenire vbi culpa non est: extra de homici. ster. fecisti

Si autem fiat casu: hic distinguitur aut dabit operam rei illicite: puta quod proiecit lapides versus loca per que consueuerunt homines transire: vel dum furabatur equum vel bouem aliquid ab equo vel boue percussus interijt vel similia. i. isto casu talis simpliciter est reus homicidij. **Si** dabat operam rei licite: puta qz incidebat arborem sibi necessariam: vel deponebat fenum de curru vel similia si adhibuit diligentiam quam debuisset videlicet recipiendo vel proclamando non nimis tarde vel dimisso: sed tempore congruo & aliter ita qz si aliquis erat ibi vel veniebat poterat fugere vel sibi cauere non imputatur sibi. **Probat** hoc distinctio dist. i. sepe contingit extra de homici. quidam. **Si autem** fiat homicidium voluntarie sine omni distinctione tenendum est qd est gravissimum & enorme peccatum: dist. i. si quis voluntarie.

De sexto precepto.

Secundum preceptum est: Non moechaberis: ita qz in isto precepto prohibetur omnis concubitus preterquam cum legitima vxore. **Que** autem & quot sunt species talis concubitus vide supra parte secunda tractatu secundo capitulo. i.

De septimo precepto.

Septimum preceptum est: Non furum facies: ita qz in isto precepto prohibetur furtus: rapina: vsura: fraus: dolus: & generaliter omnis acquisitio illicita aliene rei: quocumqz & quacumqz pallio siue titulo fit.

De octauo precepto.

Octauum preceptum est: Non falsum testimonium dices: ita qz in isto precepto prohibetur omne

me
Au
ra
C
bo
de
fun
tic
C
ali
vel
C
alte
sa
C
end
tate
C
tate
C
ali
vt
tol
tur
C
ali
vt
qu
C
cu
ral
per
ear
C
q
cor
dis
tal
C
be
ste
C
do
so
loc

mendatum. Et est sciendū q̄ scdm Aug. li. de mendatio octo sunt genera mendationū.

¶ Prīmū est q̄ sit doctrina fidei et bonorū morū. vt dicere xpm̄ nō natū de beata Maria virgine: vel nō passum in cruce: vel aliud simile circa articulos fidei vel bonos mores.

¶ Scdm̄ est q̄ nulli prodest: et obest alicui. vt est mendatiū vel detractio vel falsi testes in causa criminali.

¶ Tertiuū est q̄ prodest alicui et obest alteri. vt mendatiū falsi testis in causa pecuniaria.

¶ Quartum est quod fit solū mentiendi libidine quasi sine causa et utilitate.

¶ Quintū est q̄ sit placendi cupiditate. vt mendatiū adulationis.

¶ Sextus est q̄ nulli obest: et prodest alicui ad euitandū pericula pecunie vt si aliquis sciens alicuius pecuniā tollendā a fure vel a predone mentitur sibi nescire vbi sit.

¶ Septimū q̄ nulli obest et prodest alicui ad euitandū periculum persone. vt si aliquis queratur ad mortē et alius quis mentiat se nescire vbi sit.

¶ Octauū q̄ nulli obest et prodest alicui ad hoc vt ab immunditia corporali aliquē tueat. vt volenti corrumpere virginez mentiat aliquis dicēs eam esse coniugatam.

¶ Alia distinctio ponit̄ ab Aug. scz mendatiū aliud perniciosū et istud comprehendit quinqz genera prime distinctiōis et est semp̄ peccatū mortale. xxij. q. ij. primum.

¶ Aliud est officiosum et istud comprehendit tria vltima genera prime distinctiōis et est peccatū veniale.

¶ Aliud est ociosum et istud etiā credo q̄ est peccatū veniale. q̄ intelligo quando ille cui dicit̄ nouit causa locandi fuisse dictum. et q̄ nō dicat

et libidine mentiēdi de mēdatio adulationis.

¶ Nota q̄ aliquis potest adulari alicui tribus modis. Vno modo attri buendo bonum quod nō habet et de isto dicunt aliqui q̄ est mortale et alii qui q̄ est veniale. Alio modo appro bando malū quod habet et istud fm̄ omnes est mortale. Alio modo extol lendo bonum quod habet et illud fm̄ omnes est veniale.

De nono et decimo preceptis.

Nonū et decimū precepta prohibent actum interiorē. actum scz voluntatis. scz q̄ nullū. occupat alienam vxorē. et nomine vxoris itel ligitur quecumqz mulier. quia vt dicit xps. Quicumqz viderit mulierem ad concupiscendum eaz iam mechatus est. et nō concupiscat alienaz rem ad possidendum.

¶ Horum preceptorū quedaz sunt affirmatiua. quedam negatiua vt patet de se. Affirmatiua obligant semp̄ sed non ad semper sed pro loco et tempore. Negatiua obligant semp̄ et ad semper.

¶ De istis etiam decz preceptis habent̄ versus. Vniū crede dei nec iures vana per ipsuz. Sabbata sancti fices et venerare parentes. Non sis occisor fur mechus testis iniquus. Alterius nuptaz nec cupias rem alienam.

De votibus glorie paradisi Cap. iij.

Quia teste Aug. nullū bonū irremuneratum neqz malum impunitū ideo vltimo videndū est de votibus et de premijs que habebunt illi qui obseruabunt precepta ista.

¶ Notandū ergo q̄ obseruatoribus

istorum preceptorum dabunt septem doctes. i. septem glorie in paradiso. tres ex parte anime et quatuor ex parte corporis. Ex parte anime clara visio quod scilicet videbimus deum clare sine aliquo velamine. Et in ista visione consistit tota nostra beatitudo. Unde Augustinus. Visio est tota merces. Et ista clara visio succedit visioni fidei. Ita dicit Paulus: Videbimus nunc in vita ista per speculum et enigmate. scilicet fidei: tunc autem. scilicet in paradiso facie ad faciem. Secunda dos ex parte anime est firma tentio quod scilicet ita firmiter tenebimus deum quod nullo modo timebimus eum amittere. Et de ista tentio ne dicit in Lanticis: Tenui eum nec dimittam. Et ista firma tentio succedit virtuti spei. Tertia dos anime beate erit perfecta fruitio scilicet quod anima beata perfecte fruatur et adheret deo et satiabitur et delectabitur in eo. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et ista perfecta fruitio succedit amore charitatis. et de istis tribus dicit Augustinus: Videbimus: amabimus: laudabimus: istud officium habebimus in paradiso: scilicet videre: amare: laudare deum.

Post resurrectionem autem habebimus quatuor dotes ex parte corporum: quia corpora nostra erunt agilia. i. movebuntur per quantumcunque spacium sine aliqua fatigatione et labore. Erunt etiam agilia quia a nullo poterunt pati. Erunt etiam immortalia: quia nullo modo poterunt mori. Erunt etiam clarissima: unde saluator: fulgebunt sancti sicut sol in regno patris mei. Quis regni concives nos faciat rex regum et dominus dominantium. Iesus christus. Amen.

finis.

Nec circa officium curatorum brevitater a nobis composita sunt ut simpliter in aliquo instruerentur et magis prouecti ad altiora inuestiganda laborarent: obsecrans ut si in libello isto lector aliqua utilitas inueniat ipsa attribuat deo soli: grates ei referens quod nobis peccatoribus aliquantulum scintillam intelligentie impartire dignatus est. Illa autem quae minus bene dicta sunt ignorantie compositorum aut inaduertente ascribens charitatie corrigat et pro nobis peccatoribus ad deum preces fundat.

Impressum Rome per magistrum Stephanum Planch de Sarantia Anno dñi. M. cccc. xxj. die 30. xrv. mensis Maij. sedente Alexandro. vj. Pont. Max. Anno eius quarto.